UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Homiliæ Qvadragesimales Reverendissimi D.ni P. F. Hieronymi Baptistæ De Lanvza Venerabilis memoriæ Episcopi Barbastrensis & Albarrazini, Ord. FF. Prædicatorum

Ex Hispanico idiomate in latinum perfectè fideliterq[ue] iuxta posteriorem omnium, nouamq[ue] editionem translatæ, & ab innumeris cùm S. Scripturæ, tùm SS. Patrum typographicis erroribus emendatæ ... cum triplici Indice ...

Lanuza, Jerónimo Bautista de

Antverpiæ, 1649

Homilia XXXIV. De Christi Innocentia.

urn:nbn:de:hbz:466:1-53104

Visual Library

HOMILIA XXXIV.

DE CHRISTI INNOCENTIA.

Dominica Paſsionis.

Quis ex vobis arguet me de peccato. Ioan. 8.

☞ 1 IAM incipit S. Mater noſtra Eccleſia celebrare atque lugere mortem ſponſi ſui chariſsimi, nobiſque patris noſtri cæleſtis amariſsimam proponere paſsionem: hoc autem primum agit; labarum expandit & vexillum plantat ſanctiſsimæ crucis armis paſſionis inſignitum: quò nos prouocet vt ſanguinolentum ſuſcipiamus bellum ad mortis huius iuſtiſsimam vindictam. Notauit Cicero quòd Romæ vexillum erigere, idem eſſet ac bellum proclamare, militeſque hortari vt ad illud ſeſe præpararent: *Vexillo opus eſt & conuolabunt.* Aduertit autem Cor. Tacit. quod etiam ſcribit Iulius Cæſar quod quamuis huic effectui multa deſeruirent vexilla, vnum tamen eſſet, quod ex occaſione ſummæ contumeliæ Romanis illatæ erigebatur: Erat autem purpureum. D. Iſidorus dicit fuiſſe coccineum, quodque ea de cauſa illud Romani nuncuparet, *Ruſſatum* Græci *Phæniceum* nos vero *Coccineū*: Illi autem milites, qui ſub eo militabant *Ruſſati* dicebantur. Quando vexillum hoc deſigebatur, bellum indicebatur igne, & ſanguine ad integram vaſtationem, deſtructionem, ac inimicorum deletionem perfectiſsimam.

Li. 10. ad Atticum ep. 8.
L. 1. animal.
L. 11. de Bello Gallico.
Lib 19. Ethimo. c. 22.

I. Propoſito crucis vexillo nos ad bellū cōtra vitia hortatur Eccleſia.

Nulla grauior potuit Eccleſiæ irrogari iniuria, quàm ſponſum ſuum diuinum interfici. Nullam autem grauiorem nos filij poſſemus accipere, quàm ſupremum noſtrum interfici nobis patrem. Vult igitur, vt in illius armemur vindictam. Eo fine vexillum erigit crucis ſanguineum & labarum profert, in quo nobis rubiſſatam proponit purpuram: *Vexilla Regis prodeunt, fulget crucis myſterium.* Hoc non te lateat cœleſtis inſignia Regis erigi & ſplendiſsimum fulgere crucis vexillum. Attende vexillum erigi purpurea veſte ſanguinolentum *Arbor decora & fulgida ornata Regis purpura.* Vult igitur vt nos in vindictam huius mortis præparemus armaque ſumant in eos qui nobis patrem noſtrum interemerunt & bellum internecinum indicamus, ita vt illos protinus à facie terræ deleamus. Si noſſe deſideres, quinam illi ſint, hoc tibi certò conſtet noſtra eſſe ſcelera: *Traditus eſt propter delicta noſtra.* Stulta noſtra acutiſsimis illum ſuperbia ſpinis coronauit; Crudelis noſtra illi manus affixit auaritia: Deteſtanda noſtra luxuria illum flagellis cecidit, & tribulis pretioſas eius teneraſque impleuit carnes: furibunda noſtra bilis probroſo illum ſtipite ſuſpendit: Rabida noſtra inuidia cor illi lanceâ trānſfixit: Profana gula noſtra ori eius fel amarum acetumque obtulit epotandum: Maledicta noſtra acedia clauis illi pedes perforauit. Perfidis illis inimicis à nobis, bellum eſt inferendum, ſicque ferro flammâque decertandum, vt humilietur ſuperbia, conteratur auaritia, iuguletur impudicitia, peccataque cuncta deleantur. *Rom. 4. 28. 25.*

Vt autem ſecuros nos hac in veritate faciat, lectionem nobis proponit Euangelicam iam decantatam in qua Chriſtus ſuam teſtatur & ſanctitatem & innocentiam: Et priuſquam moriatur, oſtendit nullis ſe propriis ſceleribus inquinatum; vt innoteſcat, quod ſi moriatur, pro noſtris ipſe moriatur malis. Ea intentione mortalibus ſuis inimicis vitam ſuam actuſque explicat, & in eorum tribunali proponit, qui pro more habent etiam minutiſſimos atomos in ipſo ſole detegere & ſuo iudició in ipſis luciđiſsimis ſtellis fuliginem reperiunt arguendam. *Exod. 8. 1. D. Ioan.*

arguendam. Vitam meam (ait Dominus acerrimis ſuis & excitatiſſimis inimicis) veſtris exponam manibus illam explicate, videamus, *Quis ex vobis arguet me de peccato?* Non me arguere poteſtis de peccato ergo nec de mendacio; etenim omne mendacium, peccatum eſt. An me de peccato poteſtis arguere? Igitur veritatem dico. Si vobis ergo veritatem loquor, cur non creditis mihi? Nihil illa certius quam quòd *Qui ex Deo eſt verba Dei audit: Propterea non auditis, quia ex Deo non eſtis.* Quid illi? *Nonne bene dicimus nos quia Samaritanus es tu,* Hæreticus, *& dæmonium habes?* Quid verò Dominus: *Ego dæmonium non habeo ſed honorifico Patrem meum* & non leuem mihi intuliſtis contumeliam, dum mihi hæc calumniatores obieciſtis: Vobis autem prædico: hæc ſuo non carebunt ſupplicio. His conformiter procedit Dominus & velut ſol diuinus clariſſimos diffundit radios, quibus obfuſcati tenebroſi illi atque infernales veſpertiliones manus lapidibus iniecerunt, illis eum præfocaturi: Verumtamen non hoc illis permiſit Dominus, ſed derelictis illis de templo liber exceſſit. Sua noſtras illuminet tenebras miſericordia per illuſtrem ſuæ gratiæ lucem, quam nobis, quæ lucem genuit impetrabit, ſi ſupplices illi manus tendamus, dicentes: *Aue Maria.*

§. 1. *Poſt præmiſſam vigiliam orditur Eccleſia Dominicæ Paſſionis ſolemnitatem & primò, vt illi crucem imponat, eius probat innocentiam.*

☞ 2. D. Leo, *Serm.* 2. 4 *& 9 quadrag.*

OPicantur D. Leo Pontifex nos hodie feſtum inchoare vigiliæ amplioris quinq; hebdomadarum, quæ ex quadrageſima anteceſſerunt. Noueritis igitur (inquit) *Non ſine cauſa per doctrinam Spiritus S. ab Apoſtolis maiora fuiſſe inſtituta ieiunia*, idque in exordio naſcentis Eccleſiæ: ſunt enim hæc Quadrageſimæ ieiunia obſeruantia eiuſdem, ſi quæ alia, celeberrima. Hæc autem fuit eorum intentio, tam ſolemni longaque vigilia Paſſionis Dominicæ præcurrere ſolemnitatem: *Vt excellens ſuper omnia Paſſionis Dominicæ Sacramentum purificatis corporibus & animis celebremus.* Hanc eandem rationem inſtitutionis Quadrageſimæ proferunt D. Hieron. *a.* & D.

I. Ratio inſtitutionis quadrageſimæ.

Auguſtin. *b.* cuius rationem dat Theologiæ Doctor primarius D. Thom. *c.* ex doctrina D. Bernardi. *d* quòd ſcilicet maiora feſta maioribus ſint celebranda vigiliis, & frequentanda ieiuniis. Etenim in primoribus feſtis maiora celebrat Eccleſia noſtræ fidei myſteria, vt autem illa pro dignitate celebremus, neceſſarium eſt vt illa & intelligamus & ex eis proficiamus. Ad eum finem neceſſe eſt expendamus & animæ noſtræ dirigamus intellectum, carnales affectus noſtrique corporis motus terrenos componamus. Hoc in nobis peragit ieiunium: ſic enim nobis primo die Quadrageſimæ ſignificauit: *Qui corporali ieiunio vitia comprimis, mentem eleuas.* Hinc eſt, teſte Angelico Doctore quòd maiora feſta maioribus ſint præcurrenda ieiuniis & tantò maioribus, quantò fuerint feſta celebriora.

a In cap. 9. Mat. b *Serm. 71. ex diuerſ. Tom.* 10. c 2. 2. q. 147. *a.* *tic.* 5. d *Serm in vigil. S. Andreæ.*

Quod eſt feſtum omnium ſupremum, in quo profundiſſimum & maximum celebratur noſtræ fidei myſterium, & ex quo beneficia recipimus ampliora? Paſſiò & mors Chriſti Domini noſtri: ò myſterium ſanè profundiſſimum! Hoc eſt, de quo præſcius loquitur Iſaias interprete D. Paulo *Nec oculus vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis aſcendit &c.* Imo idem Apoſtolus: *Sapientiam loquimur inter perfectos, ſapientiam autem non huius mundi, ſed ſapientiam in myſterio abſconditam, quam nemo principum huius ſaculi cognouit.* Sapientiam myſteriis demerſam, *Sapientiam in myſteriis abſconditam.* Chriſtus mortuus, lapis eſt mari ſacramentorum & profundiſſimæ abyſſo myſteriorum immerſus. O quanta profunditas!

II. Myſteriũ omnium ſupremũ eſt Chriſti paſſio. *Iſai.* 64. 6

1. *Cor.* 2. 7

Præcepit Iſaiæ Dominus vt myſterium hoc hominibus indicaret: *O Domine* (replicat ille) *quis credit auditui noſtro Et brachium Domini cui reuelatum eſt?* Difficultatem habet non minimam inquit Apoſtol. cui hoc vt credat prædicabimus? Illud anuncia Iudæis, qui tantis hoc ſeculis auidi expectarunt: quinimo illud audierunt ſibi à Prophetis prænuntiatum. Iam illis hoc prædicamus & offendiculum illuc, reputant ac ſcandalum *Prædicamus Chriſtum crucifixum Iudæis quidem ſcandalum.* Quando illis annunciamus Meſſiam, quem pro ſua libertate, proſperitate, diuitiis gloriaque expectabant, in cruce mortuum eorumque manibus occiſum, hoc offenduntur. Quod ſi in eo, quod illis dicimus ſcandalizentur, quod hic eſſet Meſſias, grauiùs adhuc irritantur, quando illis indicamus, quòd propriis Dei filium manibus occiderunt, quem

Iſai. 53. 1

1. *Cor.* 1. 13

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

illis Dominus miſit redemptorem. Illud igitur annuntia gentibus. Habent hoc vt ſtultitiam: *Gentibus ſtultitiam.* Quando illis intimamus, quòd Deus quem ex natura ſeiunt immortalem, cuiuſque vita pluris refert quam totius in vnum mundi, mortuus ſit idque pro vili mancipio, obiiciunt: amentia eſt. O altitudo & profunditas myſteriorum Dei! *Domine quis credit auditui noſtro &c.*

Myſteria ſunt omnino ſingularia in corporis noſtri & animæ peccata remedium. Æquitas expoſcit, quatenus illa celebremus & intelligamus, vt corpus & animam ſolemni longoque ieiunio præparemus; quatenus per illud noſter dirigatur intellectus, ſicque ad ea intelligendum liber, noſtraque caro ad fructuum eorum receptionem rite dignèque compoſita. Mater Eccleſia aduentum filii Dei in hunc mundum celebratura, quatuor Aduentus Hebdomadis nos congruè præparauit: Tempus hoc eſt adeo feſtiuum, adeo diuinum quale hoc eſſe nouimus: eſt etenim myſterium eximium omnino, quòd Deus fiat homo, noſtraque carne veſtitus in mundo pauper appareat: *Verbum caro factum eſt & habitauit in nobis.* Grande myſterium, cuius altitudinem & eminentiam, dum hoc audimus, proteſtamur, in terra corpora noſtra proſternendo.

Cæterum multò præclarius eſt, ac profundius hoc mortis eius myſterium: quandoquidem

Pſ.39.7. aduentus eius ad hoc ordinaretur: *Veni vt faciam voluntatem tuã.* Ad hoc deſcendit, ad hoc venit vt moreretur, ſeipſum in ara crucis offerens holocauſtum; proinde pro ſui celebratione vigilias, ac ieiunia requirit ampliora. Quando carnem induit homoque natus eſt, licet myſterium fuerit ſupremum & abſconditum, ſicut de facto eſſe cognoſcimus, naſci Deum in ſtabulo, frigore tremulum, in præſepi reclinatum, iacentem inter animalia: illud enim à longe luce prophetica intuens Vates Abacuc totus ſtupore perculſus & extatico ſimilis exclamat:

Habac. 3. 1. *Domine audiui auditum tuum & timui: conſideraui opera tua & expaui: In medio duorum animalium cognoſceris.* Sic legunt ſeptuaginta. Tamen lux apparuit quæ ſam cœleſtis terram & præſertim paſtores illuminans circumuicinos:

Luc. 2. 9. *Angelus Domini ſtetit iuxta illos, & claritas Dei circumfulſit illos.* Eccleſia vero cantat quod ea tempeſtate *Lux magna deſcendit ſuper terram.* In hoc autem myſterio Dominicæ Paſsionis ſol obſcuratur, eoque modo ſuos contrahit radios, vt tenebris terram inuoluat obſcuriſsimis: *Obſcuratus eſt ſol & tenebræ factæ ſunt ſuper vniuerſam terram,* Luc. 23. 44. in ſignum quòd hoc myſterium ſit adeo profundum vt ſupremorum Seraphim intellectus obcæcentur, nec illud capere valeant, illudque dici poſsit ex pſalterio: *Poſuit tenebras latibulum ſuum.* Deus cruci confixus, moriens, vt malefactor, Deus eſt abſconditus, & tenebris circumdatus obſcuriſsimis. Pſ.17.12. Cum hoc myſterium ſit adeo ſublime, & ſacramentum hoc adeo venerandum, ratio poſtulat, vt ad illud omnium celeberrimo atque ampliſſimo noſmetipſos ieiunio diſponamus.

Aduertit hic idem Angelicus Doctor, in eo

3 quod ait Euãg. Ioan. quòd Iudæi illud celebraturi Paſcha, quod agni ſacrificio conſecrabant, Hieroſolymam confluerent, & ex omnibus ſinguli regionibus ſuis accurrerent, pluresque eorum ante feſti ſolemnitatẽ eo conuenibant, vbi templum erat locuſque offerrendis ſacrificiis dedicatus, vt ſeipſos antecedentibus aliquot diebus præpararent operibus quibuſdam intenti ſanctioribus: nempe ieiuniis, eleemoſynis & ſacrificiis. Hoc verbis illis indicat Euangeliſta; *Proximum erat Paſcha Iudæorum & aſcenderunt multi de regione ante Paſcha vt ſanctificarent ſeipſos.* Aſcenderunt ſeipſos ſanctificaturi. Qua nibat hoc ratione? Ieiuniis, vigiliis, pietatiſque operibus. Quid hoc? ad agni vnius occiſionem tanta præparatio? Vtique: eſt enim agnus myſticus, qui nobis in memoriam reducit agnum illum in Ægypto ſacrificatum, cuius nobis ſanguis valuit, vt de dura illa Pharaonis liberi egrederemur ſeruitute: Illo namque conſperſi ab Angelo percutiente reddebamur immunes & in optatam diu aſſerti ſumus libertatem.

III. Iudæi ſe piis operibus ad Paſcha præparabant.

In c. 12. Ioan lect. 8. ad fin. Ioan. 11. 55.

Quænam erit neceſſaria diſpoſitio hoc Paſcha noſtrum celebraturis ſacrificij agni noſtri diuini, cuius ſanguine mundus vniuerſus reddendus eſt liber nec non diabolica eruendus ſeruitute? cuius ſanguis à peccatis mundat hominem, aperit cœlos gloriam patefacit & genus humanum Patri cœleſti reconciliat? Paſcha Iudæorum erat, agnus hic, quam immolabant, & aſſatum comedebant. Hoc autem inſinuat Euangeliſta de Iudæis locutus quod intrare noluerint Pilati prætorium: *Vt non contaminarentur, ſed vt manducarent Paſcha.* Ioan. 18. 28. Quod erat illud Paſcha comedendum? Agnus immolatus. Paſcha noſtrum eſt agnus noſter Chriſtus Ieſus, verus ac legitimus Dei filius, de quo Baptiſta

IV. Illos non imitemur.

Ioa.1.29. priſta dixerat : *Ecce agnus Dei, ecce qui tollit peccata mundi.* Sacrificatus & aſſatus in frixorio crucis amoris igne feruentiſsimo : *In veru*
D. AMB. *crucis boni odoris aſſatio* (ait D. Amb.) *etenim Paſcha noſtrum immolatus eſt Chriſtus,* cantat Eccleſia. Igitur æquum foret prius nos ſanctificari pio ieiunio, quod intellectum illuſtrat, humores noſtraque nubes purificando, hanc autem mortificando, quatenus ſpiritus ad Paſchatis huius accipiendum fructus ſit aptè dignèque diſpoſitus. Idcirco Quadrageſimam orditur Eccleſia clamores voceſque Prophetæ Ioel
Ioel.2.15. mutuata : *Canite tuba in Sion, ſanctificate ieiunium* &c. De quibus iampridem egimus.

V. Allegoria Eſdræ de muliere lugente filium mortuũ

Vehementer admiror, id quod Angelus Eſdræ præcepit ſacerdoti. Erat hic Doctor ſanctiſsimus, nimia deiectus triſtitia ob calamitates, quas inceſſanter Dei populus patiebatur captiuus in Babylonia & Chaldæa & ſummopere deſiderans certa quędam cognoſcere, quando ſcilicet & qua ratione ab illa ſolutus captiuitate in priſtiuam reſtitueretur libertatem, cumque multas in eum finem preces effudiſſet : Apparuit illi Angelus atque. Serue Dei, macte animo : etenim adſum ab Altiſsimo miſſus nuntius quædam tibi de his, quæ ſcire deſideras, myſteria declaraturus : Verumtamen neceſſe eſt quatenus hæc tibi denuntiem, tuque poſsis ea capere, vt teipſum prius diſponas idque hoc modo : *Ibis in campum florum, vbi do-*
4.Eſdr.9 *mus non eſt ædificata, & manducabis ſolummodo de floribus campi & carnem non guſtabis, & vinum non bibes, ſed ſolummodo flores, & deprecare Altiſſimum ſine intermiſſione & veniam & loquar tecum.* Poſt finem dierum cum floribus paſceretur, & cibo adeo delicato eſſet Spirituali ſatur, adeſt illi Angelus altiora declaraturus myſteria : Mulierem igitur illi ſpectandã offert vultus elegantia formoſiſsimam, ſed pullis indutam, lachrimarum imbre perfuſam, vnigeniti ſui intempeſta morte proſtratam, quẽ auream dixiſſes pinum, cæteris ſapientiorem, quo mundus nullum admiratus eſt modeſtiorẽ & ætate raptum meliori.

VI. Illa ſignat Eccleſiam.

O ſublime myſterium, ad cuius viſionem tanta requiritur per orationes, abſtinentiam, taleſque cibos, qui flores erant præparatio! O Chriſtiani, quænam nobis extuita Deus in Eccleſia offert ſpectanda myſteria, quam lugubri cernimus veſte contectam, cuius oculi fontes ſunt lachrimarum, quæ mortem lugeat non filij, ſed cœleſtis ſui ſponſi, hominum omnium formoſiſsimi : *Speciosus forma præ filijs hominum* Pſ.44.3.
qui ſapientia primus eſt : *in quo ſunt omnes theſauri ſapientiæ & ſcientiæ abſconditi* qui cæteros Adæ filios modeſtia antecellit, & morum præcurrit integritate, de quo ſic D. Petr. *Nec* 1.Pet.2.22.
dolus inuentus eſt in ore eius. Cernit illum in ætatis vere morientem, morte cũ doloroſiſsima tam ignominioſiſsima : qualem nullus in mundo, aut paſſus eſt aut patietur vmquam : huius amarè defiet exceſſum, ſiquidem in eius obitu omnia noſtræ vitæ iura continentur, in eius vinculis noſtræ libertatis, in eius doloribus noſtræ ſunt iura gloriæ. Ad horum intellectum decernit, vt pluribus ante diebus noſipſos diſcutiamus, ſubtr hamus, & ſolis veſcamur floribus, iiſque ſuauiſsimis.

Eo feruens animo Quadrageſimam inſtituit: 4
quatenus impudicus ſuis valedicat laſciuiis: Suas auarus vſuras intermittat; Suis mundanus renuntiet voluptatibus. Hoc themate prologum in hac quadrageſimæ ex Propheta Iſaia : *Dere-* Iſa.55.7.
linquat impius vias ſuas, & vir iniquus cogitationes ſuas & reuertatur ad Dominum &c. Ea

VII. Varias nobis oſtendit Eccleſia virtutes exercendas.

intentione Dominica prima eduxit nos cum Chriſto in campum deſerti, noſque voluit his floribus recreare & paſcere filios. Quid Euangelia fuerunt quotidie nobis propoſita, niſi flores quidam venuſtiſsimi : Hoc voluit, vt velut apes cœleſtes Spiritus S. rorem exſugeremus illis inſidẽtem : Quodam die docendo, qua ratione tibi ſit inſtituendum ieiunium, non ſicut hypocritę. Alio, qualiter tibi fides imitanda Centurionis; Illo qua ratione diligere oporteat inimicos, Patrem imitando cœleſtẽ. Alio, quà arte remos in tempeſtate oporteat moderari, ſicut Apoſtoli ſic conſequenter

Vtinam apes fuiſſetis; vtinã his floribus paſti fuiſſetis, qua ratione (precor) diſpoſitus fuiſſet intellectus veſter, & voluntas, anima veſtra, veſtrum corpus ad diuina hæc capienda myſteria, & fructus carpendos in quem finem peracta eſſe nouimus! Vereor ne illa non intelligatis, nec vllam ex his hauſeritis vtilitatem : ex eo quod tam parua vos diſpoſitione præparaueritis, de mundi vos negotiis ſubtrahendo communibus, illoſque decerpendo flores amœniſsimos. Num tua remiſiſti diuerticula? Num tuas ganeo impudicas abiuraſti voluptates? Nũ tuas auare, vſuras reliquiſti, & tuas mundane tu repuliſti vanitates? Nũquid manibus flores decerpſiſti virtutum? Qui eleemoſynas commemorẽ particulares, corporis caſtigationes, ſuperbiæ

carnis

carnis tuæ frænum, ſtrictoria ieiunia, lachrimoſas confeſſiones, piaſque cômuniones? Quid ieiunia quæ tam exquiſitis delitiis & collationibus quæ cœnam explent, celebraſti? Quam adhibuiſti diligentiam vt iniurias pauperibus iniuſtas redintegrares, & pernitioſas reuocares murmurationes? Quam inopiam viduarũ, puellarum pauperum, & xenodochiorum tua ſuppleſti liberalitate? Certe parum oſtendiſti, te rationem cognoſcere cuius intuitu tempus hoc ſit inſtitutum, tanti feſti vigilia.

Nunc hodie hæc incipit feſtiua ſolemnitas: ad hoc enim vocatur hæc Dominica, Dominica paſsionis: quia hodie eam incipimus recolere: Iam hodie apparent & tibi proponuntur vexilla crucis inſignia Regis gloriæ: Iam pullæ veſtes, quibus altarium grata contegitur formoſitas: Iam cantus lugubres inſonant, & ablato ab introitu cantico lætitiæ *Gloria Patri &c.* miſſa celebratur. Ad huius celebrationem feſtiuitatis mortis Domini hic primus ponendus eſt greſſus quòd mortem non ſubierit culpæ reus alicuius, ſed pro noſtris Patri ſatisfacturus. Vbi mors, ſupplicium, pœnaque ex iuſtitia infligitur, culpa præſupponitur, & eſt, quæ & hic ſupponitur: Sicut autem dolores hi fuerunt omnium acerbiſsimi, etiam culpas ſupponũt omnium atrociſsimas. Verum non eius, qui moritur: hic enim ſanctus purus fuit, & mundus, ipſis cælis innocentior, ſed totius mundi: *Pro peccatis totius mundi*: ait D. Ioan. Nihil te moueant dolores hi acerbiſsimi, morſque ignominioſiſſima: etenim ſatiſfactionem tolerauit omnium peccatorum, quæ mundus vnquam aut commiſit, aut committet impiiſsima.

VIII. Pœna ſupponit culpam.

1. Io. 2. 2.

Ad huius veritatis aſſertionem nobis Eccleſia proponit Euangelium quod audiſtis in quo primum agit Saluator, vt ſuam aſſerat innocentiam & à peccato munditiem. Eõ animo proponit & oculis ſubiicit mortalium inimicorum vitæ ſuæ decurſum: ſunt etenim illi, qui minimos in iis quos deteſtantur defectus aperiunt arguendos; illiſque ait: *Quis ex vobis arguet me de peccato?* Vt confirmata hac veritate quòd nullam admiſerit culpam, intelligamus pro noſtris, mortis ab eo toleratum fuiſſe ſupplicium. Itaque licet dicere, hodie ſecuram certamque fieri innocentiæ Chriſti confirmationem, vt illi crux imponatur ſuprema, vel eam ipſe accipiat non in pectore ſuo, ſed in humeris ſuis: Vel ſi gratius ſit non vt illi crucem imponat, ſed illum cruci, vt cum illa recipiat ſupremam Eccleſiæ triumphantis & militantis poteſtatem eminentiſsimam: Vt dicere poſsit: *Data eſt mihi omnis poteſtas in cœlo & in terra.* O glorioſam & cœleſtem crucẽ: talis enim crux talem requirit innocentiam, talem vitæ integritatem in eo, qui eam eſt portaturus. Crux eſt, quam qui ferre debet mundare debet omnes ſanguineas mundi maculas, vnde neceſſe eſt ſanguinem habeat adeo purum vt ne minimum quidem puluerem aut fuliginem ſordeſque patiatur. Hoc eſt, quod hodie confirmat dum vitam ſuam coram Iudæorum tribunali diſcutiendam exponit; dum ait: *Quis ex vobis arguet me de peccato.*

IX. Chriſtus nullius culpæ noxius pro noſtris paſſus eſt.

Matt. 28. 18.

Agit Dominus cum illis, dicitque id quod Iacob ſocero ſuo Laban, dum illum argueret perfidiæ, ſuorumque furti idolorum. Eia age inquit publicam hic volo fieri coram præſentibus atteſtationem. En tibi tota mea ſubſtantia, ciſtas aperi & arcas, euolue ſarcinas, omnia explica impedimenta, perſcrutare quidquid habeo, & ſtrictam fac omnium inquiſitionem: *Coram fratribus noſtris ſcrutare quidquid tuorum apud me inueneris, & aufer.* Quidquid ſum, habeo, & confero, tuo hic expono conſpectui, omnia perſcrutare. Hoc egit Iacob; ſed quid amplius Saluator noſter? Ille namque coram ſoceri ſui ſe obtulit tribunali, & in præſentia parentum ſuorum tantummodo, & amicorum, qui ſi defectum aliquem inueniſſent aut tacitè conniuerent, aut amicè excuſarent: *Coram fratribus noſtris ſcrutare.* Verùm Saluator noſter ſe ſiſtit coram inimicis ſuis, quibus numquam quis paſſus eſt & maiores, & atrociores coram illis inquam, qui eum ad mortem vſque oderant, quorum hoc erat primum ſtudium ardenſque deſiderium vt aliquem in illo deprehenderent defectum; Nullus etenim venator tanto feruet feram capiendi deſiderio quanto illi liuore vt Chriſtum ſi non in aliquo alio, ſaltem vel in vnico verbo comprehenderent. Illis igitur ait: en coram vobis adſto, veſtris oculis meã expono vitam, euoluite, diſcutite, ſcrutamini &c. Num in manibus meis aliquod inueniatis delictum, vel aliquem in pedibus meis greſſum incompoſitum, vel in ore meo verbum inordinatum; *Dicebat Ieſus turbis Iudæorum & principibus Sacerdotum: Quis ex vobis arguet me de peccato.*

X. Chriſtus Iacob imitatur.

Gen. 31. 32.

§. 2. Non

§. 2. *Non habuit Chriſtus, nec habere potuit peccatum, ob id quod Angelus puriſſimæ Virgini, eiuſq́; Matri declarauit.*

5 Q*Vi ex vobis arguet me de peccato.* Quid hoc rei Domine? An vitam tuam in prætorio, & iudicio committis hominum? hominũ, inquam, quos inordinata regit paſſio quique tui ſunt hoſtes infenſiſſimi: an non illi ſunt quos quos prædixit Iſaias, qui illos vtique probè nouerat: *Qui dicunt malum bonum, & bonum malũ, ponentes lucem tenebras & tenebras lucem.* Oculos habent lippos & peruerſos, ſic obcæcatos, vt ipſa lux illos offendat, & malum beatificant, vt bonum, & bonum in malum vertũt: tenebras indicant lucem & lucẽ tenebras, de quibus dici poteſt, quod olim Daniel maleuolis dixit Satrapis populi iudicibus. *Iudicans iudicia iniuſta, innocentes opprimens, & dimittens noxios.* Satis apertè hoc in tua ipſa perſona nec non in Barabba confirmarunt: cum enim hic eſſet ſentina quædam iniquitatum, proditionum & ſeditionum deteſtanda, iudicarunt quod abſolui mereretur; tu verò ipſa ſanctitas, ipſa vitæ puritas, docent, tibi pro merito deberi vt inter duos famoſiſſimos latrones ſuſpendaris medius, velut eorum coriphæus & omnium malorum anteſignanus. An non illi ſunt filij adulteræ illius generationis, qui de illo maximè detraxerunt quem ſummopere laudare debuerant, qui *Poſuerunt in cœlum os ſuũ & male locuti ſunt de Deo.* Eum atque opera eius calumniari ſtuduerunt, an illi tales non fuerunt, qui eo quòd ipſum Deum arguerent, ad tantam eum ſæpius iram prouocarunt, vt eos delere & occidere minaretur, Moyſiq́ue diceret: *Vſquequo detrahet mihi populus iſte?* Si talibus vitam tuam geſtaque exponas iudicijs, eorũque oculis proponas excutiendam, an non mille in nominis tui dedecus euoment iniquitates? An illis nouum eſt contra te proferre teſtimonia? An ignoras idioma illis eſſe domeſticum famam tuam denigrare calumniando: *Ecce homo vorax & potator vini, Publicanorum & peccatorum amicus.*

Iſa.5.20.
I. Iniquis iudicibus ſuam Chriſtus exponit vitam diſcutiendam.
Dan.13.53.
Pſ.72.9.
Pſ.66.16.
Nu.14.11.
Matt.11.19.

Grande latet hic myſterium, ad cuius expoſitionem tria ſunt ſupponenda. Primum: quòd Chriſtus peccatum nec habuit nec habere potuit. Secundum: ſic fuiſſe conueniens atque neceſſarium. Tertium: hoc fuiſſe probatiſſimum & certiſſimum & nihilominus fuiſſe neceſſarium hanc à Chriſto fieri certificationem in ſynagoga & iudicio principum, Sacerdotum, totiuſque populi Iudaici: quocirca hoc introducit Euangeliſta: *Dicebat Ieſus turbis Iudæorum, & Principibus ſacerdotum: Quis ex vobis arguet me de peccato?* Hæc omnia vt probabimus, ita & declarabimus.

II. Probatur Chriſtus impeccabilis ratione diuinitatis.

Primum conſtat omnibus, quòd Chriſtus nec habuit nec habere potuit peccatum. Concluſio eſt hæc Theologica, quam luculenter ex ſuis principijs elicit eiuſdem Thologiæ Profeſſor primarius D. Thom. Duas in Chriſto naturas fides profitetur Catholica: diuinam & humanam: quarum ratione verè & propriè dicitur Deus & homo. *Hæc eſt fides Catholica, vt credamus, & confiteamur: quia Dominus noſter Ieſus Chriſtus, Deus & homo eſt. Deus ex ſubſtantia Patris &c. homo ex ſubſtantia Matris.* Satis ſuperque intelligitur, quòd iuxta naturam diuinam vel id quod Deus ſit, non peccauerit nec peccare potuerit: etenim peccare, eſt à Deo ſe ſegregare, & hæc eſt definitio peccatoris: qui ſe à Deo elongat: *Qui elongant ſe à te*, aiebat Dauid quodam loco, & iterum alio: *Longe à peccatoribus ſalus.* Quinimo ipſe Deus de peccatoribus conqueſtus, ob hoc quod peccando faciebant, illud declarat dicens: *Me dereliquerunt fontem aquæ viuæ, & foderunt ſibi ciſternas, ciſternas diſſipatas.* Hoc enim agis dum peccas: Nam Deum deſeris, illi terga vertis & faciem conuertis ad creaturam, ad delicias, ad diuitias, ad honores, ad quæque peritura. Si noſſe deſideres (quærit Diuus Auguſtinus) quid ſit peccatum, eſt: *Conuerſio à Deo bono incommutabili ad creaturam, & bonum commutabile.* Hinc eſt, quod pœna potiſſima, qua Deus animaduertet in peccatores, ea erit, qua illos in perpetuum ſuo conſpectu, ſua præſentia, ſua poſſeſſione eſt priuaturus. Hæc enim eſt pœna damni, quam dicunt Theologi: etenim iuſtitia ſuadet vt perpetuò careat ille Deo, qui ob voluptatem, vileq́ue lucrum ipſum deſeruit vertitque tergum præuaricator. Sicut præmium ſanctorum hoc erit præſtantiſſimum, quòd electos ſibi coniunget illiſque ſeipſum per gloriam vniet conſummatam in præmium eius, quòd in hac vita illi per gratiam vniri concupierint, ſanctiſſimam eius explentes voluntatem, cum Dauide modulati: *Mihi autem adhærere Deo bonum eſt.* Hoc ſummum eſt electorum bonum, omnes eorum diuitiæ, & quod bonum ſuum æſtimant primum: *Adhærere Deo.*

3.p.q.15. ar.1.& 2.
Pſ.72.27.
Pſ.118.155
Hiere.2.13.
D. Avgv.
III. Pœna damni grauiſſima vt viſio Dei præmium præſtantiſſimum
Pſ.72.28.

6 Itaque peccare eſt ſeipſum à Deo elongare. Tu quidem potes teipſum à Deo ſeparare, & elongare, prodigum illum imitatus filium, tantâ reprobum impudẽtia, vt patrem deſeruerit, eiuſque

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

ſque ſocietati domuiq́ue valedixerit, ſicut deſa-
Luc. 15.13 cto: *Abijt in regionem longinquam.* Sic ſicut etiam perditus ille diſcipulus, de quo teſtantur alij E-
uangeliſtæ, quòd Chriſto nummum remittens ad
Matt. 26. 14. Phariſæos confugerit: *Tunc abijt vnus de duodecim*: de quo aliàs dictū eſt: Tu quoque quotidie tuas ſectaris voluptates, Dei eiuſque gratiæ ac promiſſionum deſertor impudentiſſimus. Sed Deus non poteſt ſe à Deo ſeparare aut elongare, multo minus quam tu teipſum à teipſo. Peccare eſt diuinæ cōtraire voluntati: hoc enim eſt peccatum: *Dictum factum, aut concupitum contra legem Dei.* In tua poſitum eſt voluntate ac libertate, diuinam prætergredi voluntatem & vtinam illam non tam communiter prætergrederis; ſed Deus ſuam non poteſt prætergredi voluntatem non enim poteſt agere contra id quod vult, ſed ſolum hoc quod vult, & quomodo vult:
Pſ. 134.6. cui proprie quadrat illud Dauidici: *Omnia quæcumque voluit fecit in cœlo & in terra & in omnibus abyſſis.*
IV. Obiectio ſoluitur. Obijcies: ſit hoc ita, quod Chriſtus non potuerit peccare ſecundū hoc quod Deus: videtur tamen potuiſſe ſecundum hoc quod homo: naturam enim habebat humanam ſimilem nobis, ex ſe labilem & defectuoſam, ſicut quamuis non potuerit mori iuxta quod Deus, quia natura diuina per eſſentiam vita eſt, mori tamen potuit, & mortuus eſt, iuxta quod homo: quia natura humana mortalis eſt.

Reſpondeo: quod nec quidem peccare potuerit iuxta quod homo: quamuis enim natura humana ex ſe errare potuerit in illo, tamen erat vnita diuinæ naturæ, & diuino coniuncta ſuppoſito quod illam fulciebat ita conſtantem, vt ad malum ſe non poſſet inclinare.
V. Similitudo. Virgam ſumito vel iuncum teneriorem, clarum eſt, quod illum per ſe ſolum ſumptum poſſis in quamuis partē declinare: verum ſi firmiori illum alligaueris columnæ, idq́ue nodo indiſſolubili, & vnione quadam inſeparabili, tam impoſſibile erit iuncū illum, quàm columnam illam complicare, ob vnionem, quam cum illa habet. Natura humana, ex ſe virga eſt adeo flexibilis, ad quoduis vitium, vt quotidie illam complicent & inflectāt diabolus, noſtraq́ue peruerſa concupiſcentia, vt
Pſ. 77.57. exemplo patet in ijs de quibus ait Dauid: *Conuerſi ſunt in arcum prauum.* Verūtamen in Chriſto eſt & erat columnæ firmiſſimè vnita diuino, inquam, verbo; nodo tam indiſſolubili, vt eam nullæ poſſint vires ab ea ſeparare nodumq́ue diſſoluere. Quocirca ſicut impoſſibile cenſetur verbum diuinum ad malum inclinari, ſic erat impoſſibile humanitatem eius inclinari ſanctiſſimam, ipſeq́ue erat qui per illam quodcumque volebat operabatur. Ex quibus hanc D. Anſelmus collegit propoſitionem: *Primus homo Adam peccabilis fuit quia homo: Chriſtus fuit impeccabilis, quia Deus & homo.* D. Anſel. Lib. 2. cur Deus homo.
VI. Similitudo. Ferrum (hanc intellige ſimilitudinem) contrahere poteſt æruginem & contrahit ſibi derelictum: oritur enim ærugo ex humiditate & frigore, quod in ſe complectitur: verumtamen ſi ſit iniectum fornaci ipſique igni coniunctum, quod frigus conſumit & humorem, impoſſibile eſt, vt vllam contrahat æruginem. Natura humana ferrum eſt grauiſſimum, habet ex ſe quod per peccatum poſſit æruginem contrahere ob intellectus ſui hebetudinem & voluntatis ſua infirmitatem, ſed vnita diuinæ eſſentiæ fornaci quæ ignis eſt viuaciſſimus illuminans intellectum, roboranſque voluntatem, nullam potuit æruginem contrahere peccatorum.

VII. Allegoria de Chriſto. Diuinam habuit viſionem Propheta Daniel, qua thronum conſpexit excelſum, igne flagrantem ardentiſſimo, in formam currus, cui ſimilē vidit Ezechiel; cuius rotæ ignis erant viuaciſſimus:
Dan. 7.9. *Thronus eius flammæ ignis, rotæ eius ignis accenſus. Antiquus dierum ſedit: Veſtimentum eius candidū, quaſi nix, & capilli capitis eius quaſi lana munda.* Stupore dignum eſt quòd ſedentis in throno flammeo & conſumente capilli capitis ac veſtimentum albedine renitrerent, quos ignis ille comburere vel ſaltem vſtulare debuerat. Verumtamen vnum ex altero ſequitur. Supremus thronus ſedeſque præſtantiſſima, Dei deſignat diuinitatem: *Deus noſter ignis conſumens eſt.* Deut. 4.24 In illa ſede antiquus dierum reſedit, id eſt, Chriſtus, qui congruè dicitur antiquus dierum: Ipſe namque in hodierno dicit Euangelio: *Amen dico vobis quia antequam Abraham fieret, ego ſum.* Tam antiquus eſt, vt eius eſſe nullum agnoſcat temporis principium, de quo teſtatur Apoſtol. Hebr. 13.8 *Ieſus Chriſtus heri & hodie, ipſe & in ſæcula.* Sedet in diuina illa eſſentia: verus etenim eſt Deus. Quid inde ſequitur? Quòd veſti eius, vt nix canduerit, & capilli capitis eius lanæ mundiſſimæ referant albedinem. Veſtimentum eius ſanctiſſimam eius exprimit humanitatē: Philip. 2.7 *Habitu inuentus vt homo.* Quamuis autem hoc ex ſe maculas & peccatorum admittat fuliginem, nihilominus ex cœleſtis illius ignis virtute tantum ab illis aberat, vt eius puritas Seraphinorum palmam eriperet puritati. Adeo vt capilli ipſi capitis eius, ſtellas puritate ſuperarēt vt canere licuerit Dauidi: *Cogitationibus tuis non eſt qui ſimilis ſit tibi.* Pſ. 39.6.7

Hanc rationem ſignat Doctor Angelicus eam

eſſe

5.p.q.15. eſſe quam Archangelus Gabriel puriſſimæ vir-
art.2. gini Domini noſtri Matri Mariæ indicauit, quã-
VIII. do Dei nomine, nuntium illi attulit, quod ca-
Chriſtus ſtiſſimis ſuis viſceribus eſſet conceptura & pari-
naſciturus tura filium, qui cum eius eſſet futurus filius,
prædicetur pariter eſſet & Dei filius? *Ecce concipies in vtero*
San- *& paries filium &c. & filius Altiſſimi vocabitur.*
ctum. Dum autem Virgo illa cœleſtis in virginitate
Luc.1, 13. ſua ſiſtit incorrupta, & ab Angelo ſciſcitatur: *Quomodo fiet iſtud: quoniam virum non cognoſco?* Reſpondet illi Gabriel, huius filij generationẽ non opere virili ſed Spiritus S. obumbratione perficiendam, qui ſingulari quodam modo concurreret, formando in puriſſimis eius viſceribus, & virgineo ſanguine humanitatem diuino verbo vniendam, nodo adeo ſtricto, vt & quod in ipſis conciperetur ſanctum eſſet, & propriè, ac verè filius Dei vocaretur: *Ideoque & quod naſcetur ex te ſanctum, vocabitur filius Dei.* Energiam huius nominis *Sanctum* expendamus. Non dixit: *Qui naſcetur ex te ſanctus*, in maſculino: licet nõnul-
L.2.cõtra li ſic legant vt D. Cyprianus: vt enim ponderat
Iud.c.19. D. Hieronymus valde fusè multi ſunt ſancti &
Li.2.con- fuerunt, defectibus peccatis, culpiſque inquina-
tra Pelag. ti, quia viri ſanctitas, licet adeo ſit excellens, qualem in Apoſt. agnoſcimus ſecũ tamen quaſdã patitur imperfectiones, ac peccata venialia, imo & aliquando mortalia: Sed ait: *Quod naſcetur ex te ſanctum.* In neutro, quod exprimit aliquid omnino ſanctum, & ex omni parte perfectum, imo ſanctitatis cuiuſdam cumulum, in quo id omne quod ſanctitatem ſpirat, continetur. Et hoc vnde procedit? Ex illa vnione, quam humanitas habet cum verbo diuino, adeo magna, vt ille homo futurus filius Dei: *Ideo* toto ore & omnibus manibus ſanctus erit. *Sanctum* in conceptione ſua, in ſua natiuitate, in vita, in cogitationibus, in verbis, in operibus.

IX. Iterum enucleemus illud: *Ex te: quod naſcetur*
Factus & *ex te.* Quamuis enim quidam moderni auctores
natus ex hoc eradere ſtuduerunt dicentes in græco tex-
Maria tu non reperiri, verùm communi ſanctorum re-
Virgine. pugnat opinioni, quos refert Toletus. Duo hæc
In c.1.Lu- verba *Ex te* eximia valde declarant myſteria.
ca annot.1 Primum eſt veritas Catholica, quod realiter Fi-
101. lius Dei ex viſceribus Sanctiſſimæ Virginis ſanguinem ſuum ſumpſerit puriſſimum, ex quo ſibi carnem corpuſque formauit Sanctiſſimum: vnde ſumma veritate ac proprietate ipſa mater eius compellatur: hoc enim idem eſt quod ſcripſit A-
Gal.4.4. poſtolus: *Miſit Deus Filium ſuum factum ex Mu-*
Lib.4.in *liere.* Circa quæ verba notat venerabilis Beda nõ
Luc.c.49. eſſe legendum cum aliquibus: *Natum ex muliere,* hæc etenim lectio hæreſi Valentini, Euthychis, & aliorũ ſuffragatur, qui docuerunt carnẽ Chriſti non fuiſſe veram, nec noſtræ ſimilem, paſſibilẽ, ſed de cœlo formatam quæ per Virginẽ tranſiuit, ſicut per canalem ſeu tubum nihil ex illa ſumens. Error hic eſt nulli tolerandus: *Factum ex Muliere* ait Apoſt. *Naſcetur ex te* prædicit Angelus: *Homo eſt ex ſubſtantia matris.* Profitetur Athanaſius.

Secundum myſterium his verbis inſertũ ex- X.
plicat D. Greg. Nazian. quòd Chriſtus futurus Chriſtus
eſſet nedum in omnibus, & per omnia Sanctus, dicitur
ſecundum quod Deus, ſed etiam ſecundũ quod Sanctum
homo, & ſecundum eam naturam quam ex vir- enim ſe-
gine aſſumpſerat: Hoc eſt *Naſcetur ex te ſanctum.* cundum
q.d. Non tantum eſt filius Dei Sanctus, iuxta humani-
quod procedit à Patre: ſicut enim procedit Deus tatem.
de Deo, lux de luce, æternus ab æterno, ſic pro- *Orat.49.*
cedit Sanctus à Sancto: Sed etiam ſecundũ quod *quæ eſt de*
à te procedet factus homo: Tali etenim modo *fide.*
erit homo, vt verè ac realiter futurus ſit & vocandus Filius Dei: *Quod enim naſcetur ex te Sãctum vocabitur Filius Dei.* Fundamentũ hic addiſce Chriſti Sanctitatis: licet enim homo ſit, porro talis eſt homo, vt realiter ſit Filius Dei, & ſicut implicat peccare Dei filium, ſic & implicabit hominem hunc peccare: idem enim eſt in ſuppoſito & perſona. Ex prædictis elicit D.
Hieronymus diſcrimen quod dicebamus inter *Lib.2. cit.*
eſſe Sanctitatem Chriſti, aliorumque Sanctorum: nempe quod hæc eorum, errores admitteret & imperfectiones, verùm illa Chriſti, nequaquam. Notat autem, quòd idcirco ſecundum rationem ſacerdotes Græci Chriſtum hoc nomine compellarint μόνος ἀμάρτητος, id eſt: *Solus ſine peccato.* Quod nec habuit nec habere potuit.

Diſcutit Rupert. Abb. illud Exodi quoad ſa- *Exod.25.*
fabricam propitiatorij iubente Deo per Moyſen 17.
extructam: *Facies et propitiatorium de auro mun-* XI.
diſſimo. Erat autem propitiatorium Dei ſedes ſu- Præſig-
per arcam, quod in illa erat neceſſarium. Propi- natur in
tiatoriũ hoc (ex mente D. Th.) Chriſtum deſig- propitia-
nat redemptorem, quòd præclaris & admodum torio ex
fuſis coniecturis ſuo dignis confirmat ingenio. auro
Imo iam illud Apoſtolus Ioannes inſinuauerat: mundiſ-
Ipſe eſt propitiatio pro peccatis noſtris. Æquale mo.
reſpondebat arcæ propitiatorium: *Cuius longitu-* 1.2.q.102
do habebat duos & ſemis cubitos, latitudo cubitum ar.4.ad 6
& dimidium, eandẽ menſuram habebat propitia- 1.Ioa.2.2.
torium: *Duos cubitos & dimidium tenebit longitu-* Exod.25.
do eius, & cubitum ac ſemiſſem latitudo. Loqui- 10.
tur nunc Rupert. *Quod totum myſtice nobis innuit* RVPERT.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

quia incarnata diuinitas omnibus modis menſura id eſt capacitatis hominis benigna ſe charitate indulſit. Quàm accuratè ſe Chriſtus omnibus attemperauit! Pauperibus, diuitibus, ignorantibus, ſapientibus, ſanis, infirmis, omnibus & per omnia ſeipſum attemperauit: *Deus appropinquans in terra viſus & cum hominibus conuerſatus eſt, oculis hominum oppoſitus, auribus hominum propoſitus, manibus hominum appoſitus.* Sic etiam loquitur D. Ioan. *Quod fuit ab initio, quod audiuimus, quod vidimus, quod manus noſtræ contrectauerunt de verbo vitæ.* Quàm ad noſtram ſe voluit formare menſuram! Melius multò quàm Elizeus cum puerulo: vt enim à mortuis puerum excitaret. *Incubuit ſuper eum.* Et oculos ſuos, os, manus, & pedes vates hic Sanctiſſimus membris compoſuit infantilibus. Sed multò præclariùs Dei filius incarnatus]: quandoquidem de noſtra carne totum hoc aſſumpſerit, quod ad naturæ humanæ ſpectat veritatem: ſic illi ſe viuit, vt ſe vnum cum ipſa fecerit, & vt ſuos aſſumpſit oculos, os, manus, pedes cunctaque corporis mẽbra, ex quibus coagulatur, formaturque corpus hominis. Tu conſidera quàm apte ſe nobis Dominus hic componere dignatus ſit. Quæritur ex qua materia formatum ſit propitiatorium? *De auro mundiſſimo. Aurum diuina in Christo ſubſtantia ſignificat pretium. Signanter & expreſſe dixit mundiſſimo: quia videlicet ex eo quod Deus ab omni forde eſt mundiſſimus, ex eo inquam propitiatorium factus eſt nobis Chriſtus Filius Dei, ex eo peccata mundi tollere potuit Agnus Dei, Sanctus, innocens, ſegregatus à peccatoribus & excelſior cœlis factus.* Quem vt talem duo Cherubim id eſt duo teſtamenta vetus nouumque contemplantur. Talem antiquum figurauit & talem nouum eſſe confitetur.

1 Ioan. 1.1.

XII. Chriſtus ſe nobis attemperauit.

RVPER Tom. 1.

§. 3. *Conueniens erat vt Chriſtus nullum haberet peccatum, eſſetq́ ſanguis eius ita purus, ſicut cognouit Abraham videns diem eius in ariete Sabech.*

☞ 8 NEdum profitemur nullo Chriſtum peccato, nulla fuiſſe macula conſperſum, ſed etiam hoc fuiſſe neceſſarium (vt docet Maximus ille Doctor D. Thom.) vt ijs ſatisfaceret condignè officijs quæ in ſe ſuſceperat implenda. Hæc autem duo fuerunt, vt aliàs diximus, redemptoris qui nos de Satanæ redimeret ſeruitute Deoque Patri reconciliaret; & magiſtri qui nos viam doceret cœli, eoque comes duceret. Vt ambobus his ſatisfaceret officijs, opus erat vt eſſe ſine peccato: Primò namque congruus nobis non eſſet Magiſter peccando nec per hoc dirigeret nos ad cœlum, ſed in tartara præcipitaret: vt enim heri declarauimus diabolus vt omnes ſi poſſet eò deduceret: hoc potiſſimum procurauit, vt hominibus in Deos ac magiſtros præficeret, homines flagriones ac nebulones, quorum inſiſtentes veſtigijs in perditionem ruerent ſempiternam. Nobis neceſſarius erat Magiſter paſſibus adeo rectis incedens vt illum ſequentes quocumque & quacumque pergeret rectam teneremus viam: vnde heri dicere potuit omnibus: *Qui ſequitur me nõ ambulat in tenebris ſed habebit lumen vitæ.* Similiter & hoc requirebatur vt perfectè Redemptoris expleret officium noſque Deo reconciliaret. Egregiè hoc dixit Apoſtolus Paulus: *Talis decebat vt nobis eſſet Pontifex, Sanctus, innocens, impollutus, ſegregatus à peccatoribus, & excelſior cœlis factus, qui non habet neceſſitatem, quotidie prius pro ſuis delictis hoſtias offerre, deinde pro populi.* Quot terminos hic ponit & nomina multiplicat, & bene quidem, nam quantalibet hic ſunt non ſufficiunt vt munditiam & puritatem exponant neceſſariam, quo perfectè officio fungatur redemptoris. Talis Sacerdos & talis ſequeſter nobis erat neceſſarius, Sanctus, innocens impollutus, à numero & conſortio peccatorum ſegregatus, purior ipſiſque *Cœlis excelſior factus.* Si ciuitas regi perduellis, in eum arma ſumeret eaq; de cauſa, omnes proditionis rei cenſerentur atque in eos fatale mortis decretũ præconis voce publicaretur, conueniens non eſſet, vt à Rege delicti veniam impetraret & apud Regiam maieſtatem ſequeſter intercederet ex eorum numero proditor aliquis: Tantum enim abeſt vt illam pro alijs valeat obtinere, vt ipſe de ſeipſo non parum eſſet ſollicitus, nec ſibi videretur exiguũ abſoluiſſe negotium, ſi hanc ſibi impetrare poſſet indulgentiam. Hoc autem illis incumberet agendum: vt mediatorem inquirerent, qui Regis oculis ita gratus foret, vt nullam in ſe nec per ſe offenſam contra Regiam commiſiſſet proditor maieſtatem. Siquidem difficulter alijs poſſet ille ipſam lucrari remiſſionem, qui eam ſibi ipſi ſciret eſſe neceſſariam.

3. p. q. 15. art.

I. Ad officium Redemptoris integra requiritur ſanctitas. Heb. 7. 26.

III. Confirmatur ex facto Antiochenium.

Hoc conſilio prudentes fuerũt Anthiocheni Conciues, vt refert D. Chryſ. cum enim contra Imp. Theodoſium non parua hac in vrbe eſſet commota ſeditio, & enorme cõtra Regiam maieſtatem eius prædeceſſores Imperatores commiſſum ſium. delictum: pro quo cum omnes mortis ſententiã incur-

Hom. 20. ad pop.

incurriſſent, vt tanto huic malo remedium in-
quirerent, ſapienter intellexerunt, nullatenus ex-
pedire, vt ad veniam impetrandam, aliquis de ci-
uitate illa mitteretur Mediator: etenim difficilè
ille negotio pro alijs poſſet intercedere, furorem
mitigare Imperatoris, eiuſque ciuibus conciliare
beneuolentiam, qui culpæ reus Imperatoris iuſtã
incurrerat indignationem: quocirca prudentiſſi-
mè decreuerunt Epiſcopum eligere mediatorẽ,
ſanctum, innocentem, qui huic crimini ne vel in
minimo eſſet obnoxius, & qui coram Imperato-
re proſtratus nihil haberet, vnde ſibi timeret, aut
ſuſpicaretur, ne pro alijs ſupplex intercedens, ob
IV. Applicatur nobis hæc ſimilitudo. propriã culpã ipſe prior morte damnaretur. Di-
uinam mundus incurrerat indignationẽ, omnes
eius incolæ proſcripti traditores, mortique ad-
iudicati æternæ, nedũ tẽporali. Et ipſo quo quis
naturæ humanæ ciuis erat, vt traditor audierat.
Ephe. 2. 3. *Eramus natura filij iræ.* Quis obtinebit indulgen-
tiam, quis ſequeſter erit qui nos ſupremo Regi
reconciliet inimicos? eligantur Sacerdotes, Me-
diatores, quandoquidẽ (teſte Apoſt.) hoc propriũ
Hebr. 5. 1. ſit Sacerdotibus, & eo fine conſecrentur: *Omnis
Pontifex ex hominibus aſſumptus, pro hominibus
conſtituitur &c.* Quo fit vt nõ vnũ ſed plures in-
uenient homo mediatores, cum non parua eſſet
multitudo Sacerdotum. Fateor inquit Apoſt. ſed
nullus erat negotio conueniens, vt hoc perfectè
adimpleret: Erant etenim & ipſi de Reorũ dam-
Heb. 7. 28. naterumq; numero: *Lex homines conſtituit Sacer-
V. Solus Chriſtus dignus erat Sacerdos & mediator dotes infirmitatẽ habentes.* Requirebatur igitur, &
neceſſarius erat Sacerdos impollutus, innocens
diuinoq; conſpectui ita acceptus, vt quantũ ad
ſe nihil haberet quo nullũ offendiſſet, nec de nu-
mero eſſet noxiorũ ſine rebelliũ: *Talis decebat vt
eſſet nobis Pontifex ſanctus, innocens, impollutus ſe-
gregatus à peccatoribus.* Hic autẽ (ſic teſtatur A-
poſt.) erat Chriſtus Sacerdos, nõ à lege conſtitu-
tus, nõ eius ceremonijs, nõ virtute conſecratus:
hæc etenim omnia infirma erant, & quotquot
tales erant millenis infirmitatibus, millenis erãt
obnoxij defectibus ſicut cæteri: *Sacerdotes infir-
mitatẽ habentes,* ſed ab æterno Patre vt legitimus
miſſus nobis mediator: *Sed filiũ in æternum per-
fectum.* Hæc minimè verba prætereamus: *In æter-
num perfectum.* Filium vt ſacerdotem conſecrauit
& ſequeſtrem, talem autem, vt nullum in æter-
num defectum incurreret, ſed integra & perfe-
fecta placeret Deo Patri perfectione.

☞ 9 Congruè declarat D. Hiero. illa verba quæ in
Oſea 11. 9. perſona Chriſti dixit apud Oſeam Prophetam:
*Deus ego ſum, & non homo: in medio tui ſanctus, &
non ingrediar Ciuitatem.* Qua veritate dicit quòd
Deus ſit & non homo? *Deus ego ſum & nõ homo:*
numquid fides nos inſtruit Catholica quod cum VI.
Deus eſſet, factus ſit homo, ita vt pariter ſit Deus Homo
& homo? Deinde quomodo dicit non ingrediar pro pec-
mundi ciuitatẽ, ſi in ipſa natus ſit vixerit, cõuer- catore
ſatus ſit, tandemque mortuu? hæc duo cõiuncta capitur.
nobis refert Euangeliſta Ioan. *Verbũ caro factum
eſt & habitauit in nobis.* Notandum ex D. Hier. Li. 2. cont.
quod crebro in ſacris litteris hoc nomen *Homo,* Pelag. p.
pro eo ſumatur qui varijs ſubiacet imperfectio- 221.
nibus, & defectibus, cũ ſit ita cunctis commune
talibus ſubiacere defectibus. Sic ait Apoſt. Co-
rinthijs: *Cũ ſit inter vos Zelus & contentio, nonne* 1. Cor. 3. 3.
homines eſtis & ſecundũ carnem ambulatis? Poſte-
riora verba declarant prima: Illos etenim homi-
nes nuncupauit, qui carnis ſuæ peruerſos teſtan-
tur appetitus. Eo modo Chriſtus non erat homo,
& dicere potuit: *Deus ego ſum & nõ homo.* Sed & VII.
ait: *Ego in medio tui ſanctus.* In omni hominum Nemo
multitudine nullus erat à peccatis immunis ſce- mundus
leriſque purus. Propheta Michæas per totũ cir à ſorde.
cumquaque mundũ ſuos deflexit oculos, tãtaſq;
reperit imperfectiones, totque ſcelera vt altius
exclamarit: *Perijt ſanctus de terra, rectus in homi-
nibus non eſt, omnes in ſanguine inſidiantur, qui
optimus inter eos eſt, quaſi paliurus, & qui rectus,
quaſi ſpina de ſepe. Non eſt homo qui non peccet,* di-
xit Salomon. Quinimo D. Ioa. meritò inter ſan-
ctitate primarios colẽdus, aſſeueranter de ſe ait
aitque de ijs qui donorũ Sancti S. primitias ac-
ceperũt: *Si dixerimus quoniã peccatũ nõ habemus,* 1. Ioa. 1. 8.
ipſi nos ſeducimus, & veritas in nobis non eſt. Ipſe
eſt, qui in omnibus & per omnia eſt ſanctitate
præſtantiſſimus, aitque: *Ego in medio tui ſanctus.*
An ergo multi non fuerũt, nec ſunt inter homi-
nes morũ integritate ſpectabiles? Equidẽ: ſed om-
nis eorũ ſanctitas defectibus vileſcit, & imperfe-
ctionibus maculatur: ſolus Chriſtus ipſe eſt, qui
illã in tam ſublimi poſſidet gradu, vt nullus in
eo notãdus ſit defectus: erat etenim eius ſancti-
tas, Dei ſanctitas, cui canimus: *Tu ſolus Sanctus.*

Ad prædicta vatis Oſeæ verba Bapti. videtur
alludere Ioan. quando de Chriſto perhibens te-
ſtimonium, ait: nõ ſum ego Meſſias. Si verò quis
ille ſit noſſe deſideretis, ipſe eſt, qui *Medius veſtrũ
ſtetit:* adeo ſanctus vt: *Non ſum dignus corrigiam* Ioan. 1. 26.
calceamenti eius ſoluere. Maior eſt diſtantia de
mea ad illius ſanctitatem, quàm de pedibus ad VIII.
caput, quod autem dicit: *Et non ingrediar ciuita-* Natura
tem, idem declarat: etenim ciuitatem appellat humana
humanam naturam corruptã & peccato primo- etiam in-
rum noſtrorum parentũ inquinatã, cuius incolæ quinata.
ſumus, quotquot ab illis naſcimur, vt naturæ eorũ

ita & culpæ ac proditionis heredes. In hanc Chriſtus non ingreſſus eſt ciuitatem : non enim illorum rebellium Deo, numero comprehenditur proditorum: quamuis enim naturam aſſumpſerit, omnis tamen fuit criminis expers : *Non ingrediar ciuitatem* (interprete D. Hieron.) *Vitiorum ſcilicet conciliabulum Ipſe. ſolus hanc non ingreditur ciuitatum, quam ædificauit Cain &c.*

IX. Nedum Sacerdos ſed etiam oblatio eſſe debet munda.

Talis decebat vt eſſet nobis Pontifex (ait Apoſt.) *ſanctus &c. excelſior cælis factus.* Sicut autem ſacerdos requirebatur impollutus, ſic & oblatio & ſacrificium purum, & ſanguis nulla macula coinquinatus ad peccatorũ maculas eluendas. Ait Apoſt. *Sine ſanguinis effuſione non fit remiſſio.* Si ſanguis ſordidus ſit & immundus mundare nõ poterit : Iam enim nobis aſſeruit Spiritus S. *Ab immundo quid mundabitur?* Si ad lauandum linteũ vel byſſum aquam ſumpſeris infectã & turbidam, illam magis pollues quàm emundabis.

Heb. 9. 22. Eccl. 34. 4.

X. Similitudo.

Hac de cauſa numquam Deus humani ſanguinis ſibi placitum acceptauit ſacrificium, ne quidem ad ſcelerum expiationẽ: & cum multigena decreuerit in lege veteri ſacrificia ſanguinis animalium & auium, numquam tamen vel guttulam humani ſanguinis expoſtulauit. Sanguinẽ admiſit animalium in quarumdam culparum, & legalium immunditiarum expiationem, eo quod ſanguis ille nulla eſſet culparum labe coinquinatus : Verùmtamen non erat ſufficiens, quamuis enim nulla macula fœdaretur in ſe tamen nullo ſanctitatis aut virtutis atomo commendabatur, qui nedum nulla culpa pollueretur, aut ſanguis eſſet immundus, ſed inſuper virtute, dignitate, & munditia præfulgeret, vt expiare poſſet & ſanctificare.

XI. Cur Deus humanũ numquã voluerit ſanguinẽ.

☞ 10 Domeſticæ notus eſt caſus ille Abrahæ: à Deo vocatur, illique præcipitur, vt Deo gratum offerat ſacrificium, cuius victima ſit Chariſſimus & vnicus ei filius, ab illo ipſo Patre immolatus & ſuper altare profuſo ſanguine adoleſcẽtis. Próptuſo bedit Abraham, filiumque in montem ſibi à Deo præmonſtratum adducit, erigit altare, ligna componit, ligat filium, oculos illi obnubilat, collum extendit filius, manu Pater arripit gladium, in altum attollit, ictum librat filium iugulaturus: extemplò accurrit Deus, de cœlo, clamat: Abraham, Abraham : *Ne extendas manũ ſuper puerum neque facias illi quidquam.* Illum nõ effundas in conſpectu meo ſanguinem: q. d. reduc gladium in vaginam & manum contrahe: non enim illius ſanguinis vel vnicam poſtulo guttã. Non enim hic eſt, qui mihi ſatisfacit, nec illum ſcelerum totius mundi quæro fieri lauacrũ. Retrorſum oculos conuerte & illum conſpice arietem, hunc mihi offerendum expoſtulo: *Leuauit Abraham oculos ſuos, viditque poſt tergum Arietem inter vepres hærentem cornibus quem aſſumens obtulit holocauſtum pro filio.* Domine mi cur ſanguinis Iſaac reſpuis oblationem, ſi ſanguinis arietis quem Abraham oſtendiſti ſacrificium acceptes; non hoc acceptabas pro eo quod erat in ſe, cum eo modo nihil haberet cuius intuitu tibi foret acceptum, ſed in quantum vt figura, illum mõſtraret ſanguinem quẽ filius tuus factus homo effunderet oblationem. An ergo ex hac ratione non cõuenientior erat ſanguis Iſaac quàm Arietis quandoquidem volueris, vt Iſaac ſacrificij filij tui figuram ordiretur, & ſuo potuiſſet ſanguine hoc mactari profuſo eũ repræſentare, quẽ filius tuus eſſet in ara crucis effuſurus? An tibi faciliùs non fuiſſet Iſaac occiſum oblatumque in ſacrificiũ, ad vitam reuocare? Sic enim credidit Abraham futurum (affirmante Apoſtolo) quo fieret vt perfecta, & integra foret ipſe Chriſti figura myſteriorũ, qui ſacrificãdus erat, mortuus & demum reſurrecturus? hoc vult, vt Iſaac ductus ad ſacrificium obediẽtia ſua, Chriſti repræſentare incipiat obedientiam, qua ſeipſum voluntariè in mortem tradidit, cuius capax non erat aries: Verum non hoc vult quod in oblatione ſacrificij ſanguinis effuſione, Iſaac ille ſit, qui ſemetipſum offerat, cuiuſque ſanguinis profundatur: quia ſanguis eſt humanus, & in ſe maculatus : quocirca nec quidem vt Chriſti figuram vult eam acceptare : quia eſſe & ipſe ſanguis debebat, cœlis purior atque nitidior : quo criminum noſtrorum eſſent maculæ diluendæ, & quo ſponſam ſuam talem exhiberet, qualem deſcribit Apoſtol. *Vt exhiberet ipſe ſibi gloriosam Eccleſiam non habentem maculam neque rugam.*

XII. Noluit Deus Iſaac ſibi immolari ſanguinẽ. Gẽ. 22. 12.

XIII. Cur tamẽ arietis admiſit.

Epheſ. 4. 27.

O quanta fulgent ſancti munditie, quàm puri ſunt, qui Deo in gloria perfruuntur, vbi intrare poteſt nihil immundum! Quam ſpecioſos vidit illos Ioan. Euang. veſtibus indutos niue candidioribus! Tu iudica, quale ſit oportet hoc lauacrum, quàm ab omni fuligine liberum, ſi tantam munditiem tantamque debeat cauſare puritatẽ. Ad hoc ſit ille ſanguis, huius figura, ſanguis arietis mundiſſimi. Talis autem demonſtratur Abrahæ, & in eo Chriſtus : quippe ad hoc ipſe alludit in hodierno Euangelio in eo, quod dicit Principibus Sacerdotũ, toti que populo Iudæorum: *Abraham Pater veſter exultauit, vt videres diem meum; Vidit & gauiſus eſt.* Præclara continent hæc verba myſteria à SS. Patribus expenſa.

Cuius

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

XIV. Quis eſt dies Chriſti & quomodo in eo ſit gauiſus Abrahã.

Cuius eſt ille dies Chriſti quem vidit Abraham? *Abraham vidit diem meum.* Quando diem hunc vidit? Quomodo in eius viſione gauiſus eſt? Totũ hoc in hac Abrahæ hiſtoria declaratur. Dies Chriſti, dies fuit amariſſimæ paſſionis eius ac mortis, quem Euangeliſtæ communiter horam eius appellant: *Hora eius.* Ob rationes quas in Cœna Domini memorabimus. Hunc diem vidit Abraham filium ſuum immolaturus, dum illi Dominus arietem oſtendit, voluitque vt ille iugularetur & offerretur, vt filius eius ab inſtante morte liberaretur.

Lib. de quæſt. heb. in Gen. L. de Abr. & Iſa & de Sacerdotio. L. quæ. 99. Li. 7. in c. 25. Leuit. & Leont. vt ſcrib. 2. conc. Nice. act. 5 In ca. 19. Iſai. & Gerard. Voſ. In S. Eph. p. 4. & 619.

Verumtamen eximium hic latet myſteriũ, in eo, quod ait oſtendit illi *Arietem inter vepres hærentem cornibus.* Sic noſtra habet vulgata lectio; licet Septuaginta & Theodoſius vt notat D. Hier. linguæ Hebraicæ ſerṽantes energiam legant: *Ecce aries tenebatur in virgulto Sabech cornibus ſuis.* Lectio eſt hæc celebris quã ſequuntur & declarant D. Eph. Syrus notiſſimus apud Græc. patres, & D. Athan. & Iſich. & alij auctores quos citant Leo Caſtrenſis & Boſſius; vidit inquit. *Et ecce aries tenebatur in virgulto Sabech cornibus ſuis.* Figuram hic admirare myſterioſam. Quid eſt Sabech? Ridet D. Hieron. auctorem licet ſanctiſſimum & grauiſſimum nempe D. Euſeb. Emiſſ. quia linguæ Hebraicæ parum peritus dicebat quod *Sabech* nomen eſſet arietis, quem Deus oſtendit Abrahæ. Explodendũ eſt hoc (ait iſte) non enim niſi nomen eſt arboris, qua aries cornibus implexus tenebatur. Dic igitur quænã ſit hæc arbor *Sabech?* In ſubſtantia ignoramus, cæterum quantò minus hoc nouimus, tanto per nomen ſuum nobis declarat myſteria præclariora ſi eius ſignificationes expendamus.

XIV. Quod ſit virgultũ Sabech.

Dum huic inſiſto, duo reperio per hanc ſignificari contraria. D. Hier. interpretatur: *Arbor vinculorum, legaminum, & retium,* quales ſunt denſiores rubi, ſic vt aries medius circumquaque eius retibus ſeu vinculis inuolueretur. Sic teſte D. Hier. hoc explicat Symmachus, qui legit: *Aries retentus in rete cornibus ſuis.* Quem Abraham vidit ſpinis circumquaque irretitum. D. Athanaſ. ſic ait:

Q. gg. cit.

Iuxta Hebræos videtur Sabech remiſſio eſſe, & condonatio. Itaque idem eſt virgultum *Sabech* quod arbor libertatis, remiſſionis, & condonationis: Quaſi dicat: Vidit Abraham Arietem ab arbore ſuſpenſum libertatis ac remiſſionis, ex qua omnia vincula & retia diſſoluuntur.

Obijcies: quomodo hæc ſibi conueniunt, manumque dant ſibi mutuo binæ hæ ſignificationes? Si arbor ſit vinculorum & ligaminum, quomodo libertatis arbor eſt, & indulgentiæ? Cœleſte declarando myſterium.

XV. Oppoſita huius arboris explicatio, ſed congrua.

Eſt hæc arbor *Sabech* ex qua ſuſpẽſus apparuit Aries, crucis ſymbolum cui Chriſtus affixus fuit, & in qua pepẽdit: quæ illi arbor fuit retium & ligaminũ, quibus velut ligatus, intortus & irretitus erat; quandoquidem quod illum adeo firmiter ligatum tenebat, & irretitum, vincula noſtrorum fuerint peccatorum, & omnes ſpinæ noſtrarumque rubi culparum. O quàm alligatus, quàm inuolutus, quàm intricatus! *Poſuit Dominus in eo iniquitatẽ omnium noſtrum.* Isa. 59. 6. Et hæc eadem nobis arbor fuit remiſſionis ac libertatis: illius enim vincula noſtra fuerunt libertas, & in eius carceribus noſtra latebat redemptio, in eius ſpinis noſtra gloria, & cum ipſe nullius eſſet noxæ reus clauis confixus & raptus in cruce, nos abſoluimur, & ab omnibus peccatis noſtris culpiſque deligamur: hæc etenim eſt ſanctorum vox laudatiua: *Redemiſti nos Deo in ſanguine tuo.* Apoc. 5. 9. Habes hic arborem *Sabech*, arborem remiſſionis.

Inſuper ex his idẽ auctor quandã enodat difficultatem circa illa Chriſti verba pendentis in cruce: *Eli Eli lamma Sabacthani* quod interprete Matt. 26. 46. ipſo Euangeliſtã ſignificat *Deus meus, Deus meus, vt quid dereliquiſti me.*

XVII. Verba Chriſti in cruce querentis ſe derelictũ enodantur.

Ne diutiùs inhæreamus huius derelictionis explicationi, qua Pater filium in cruce pendulum deſeruit, ſufficiat nobis intelligere, quòd Chriſtus intenderit declarare ſe à Patre, nullo accepto ſolamine, deſertum, derelictione non minus myſterioſa quàm extraordinaria. Illud tantummodo perpendamus quod certum eſt Chriſtum nunc ore proprio dicere voluiſſe, quod millenis ante centuriis protulerat Dauidico, ac Prophetico pſalmo videlicet 21. qui ſpirare magis Euangeliſtam quàm Proph. videtur: *Deus Deus meus reſpice in me quare me dereliquiſti?* Pſa. 21. 1. Porrò ſi verũ ſit hoc, non videtur verba Dauidis integrè pronuntiaſſe: non enim dixit Dauid *Sabacthani* ſed *Hazaphtani* ſũt autẽ diuerſa verba *Sabach* & *Hazaph*: quia *Hazaph* abſolutè ſignificat deſerere ſeu relinquere. *Sabach* verò ſignificat relinquere, nõ taliter qualiter, ſed irretitum & alligatum, vt patet legenti theſaurum noſtri Pagnini. Multa hic ille & alij congerunt, ſed auctor ille credit hæc Chriſti verba *Eli Eli lamma Sabacthani*, ex duobus locis eſſe ſumpta, de quibus vnam compoſuit ſententiam, quod ſacræ ſcripturæ eſt admodum familiare: Prima verba *Eli Eli lamma* ex 21. Dauidis pſalmus ſumuntur. Verbum autem *Sabacthani* ſumitur ex hiſtoria huius arietis Abrahæ, qui ſuſpenſus dicitur ex arbore *Sabech*. de quo deriuatur verbũ *Sabach*. Itaque nõ ſat illi fuit conqueri ſe

deſertum

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

deſertũ à Patre cruci ſuſpenſum taliter qualiter, hoc enim indicare videbatur verbum *Hazaphtani* quo Dauid vſus eſt, ſed declarare voluit, quænam hæc ſit arbor & quamobrem in ea ſuſpenderetur. Erat etenim arbor *Sabech* quæ libertatẽ vinculaque ſignificat, vt arborem crucis denotaret, in qua detinebatur implexus, ligatus; & omnibus noſtrorum ſcelerum retibus intricatus, quo noſtram ipſe remiſſionem operabatur & libertatem.

In hoc Deus Abrahæ diuina adeo luce myſterium illud paſſionis demonſtrauit dominicæ, vt dicere hodie potuerit: *Abraham vidit Deum meũ.* Quinimo hac de cauſa ſi D. Aug. credimus appellauit Abraham nomen loci illius, *Dominus vidit.* q. d. Recordare, quòd illud Deus agere dicitur quod ipſe facit vt nos agamus. Ita quando eadẽ occaſione dixit Abrahæ: *Nunc cognoui quod timeas Dominum* q. d. *Nunc feci te cognoſcere* &c. hoc ſuppoſito: *Dominus vidit* q. d. *Dominus fecit videre ſicut dictum eſt: Nunc ſciui pro eo quod eſt, nunc ſcire feci, ita hic Dominus vidit, pro eo quod eſt, Dominus apparuit, hoc eſt, videri ſe fecit.* Ibi viſus eſt ab Abraham Chriſtus cruci affixus ſub figura & ſymbolo illius arietis in arbore *Sabech.* Hinc Abraham montem illum: *Terram* appellauit *viſionũ.* Dicit ſacra ſcriptura, quod dum illi Deus filij ſui præcipit immolationem, dixerit vt in terram pergeret viſionum: *Vade in terram viſionis.*

Lib. 16. de ciui. c. 32.

XVIII. Cur dicatur terra viſionis.

Quæ eſt hæc terra viſionis? Mons eſt ille, in quo filium ſtatuit offerendum, viditque arietem arbori *Sabech* intricatum: qua de cauſa vocatur *Terra viſionis*? Nonnulli dicunt eo quod mons eſſet altiſſimus, ex quo in circumuicina pateret aſpectus: Vnde idem fuit, ac ſi dicat, vade in terram altiſſimam omnium conſpectui patentiſſimam. Sic Septuaginta legunt, vt notat D. Hiero. *Vade in terram excelſam.* Veruntamen aptè dicit Abbas Rupert. hoc dictum fuiſſe per anticipationem: dum enim Deus Abrahæ loquebatur nondũ mons hoc nomen fuerat ſortitus, ſed illi poſtmodum Abraham impoſuit, quando in ipſo viſionem illam habuit adeo claram & ſingularẽ de Chriſto pro noſtra redemptione crucifixo, quaſi propriis illum oculis intueretur. Vel dicere poſſumus quòd ſicut S. Simeoni Deus promiſerat, ante mortem ſuam filij ſui carne induti conſpectũ, quem diem ſumma expectauit perfuſus alacritate, verum cũ illum vidit tanto fuit gaudio delibutus, vt cecinerit: *Nunc dimittis* &c. Sic Abrahæ promiſerat Deus, quòd in morte filij ſui illi remedium mundi præmonſtraret. Quo promiſſo tanta cœpit geſtire hilaritate, vt ipſe Dominus dicat *Exultauit vt videret diem meum:* quando verò præcepit ei vt filium ſuum immolaret, dixit ei quòd illa vice promiſſum expleretur, nempe quòd in monte illo concederet illi eum in ſpiritu videre, quem etiam realiter vidit, vt dictum eſt: tunc gaudium eius fuit ineffabile: *Vidit & gauiſus eſt.*

Li. de qu. Hebraicis in Geneſi.

XIX. Cur Abraham non doluit ex præuiſa Chriſti paſſione.

Obiicies: ſi Chriſtũ ibidem viderit in ſpiritu crucifixum, tam horrendos perferentem cruciatus, & morte expirantem adeo ignominioſa, qua ratione gauiſus? Quis alius dixerit eum nõ gaudia ſed lamenta decere: ſi enim nos qui tanto non feruemus ſpiritu, non amore incaleſcimus, in lacrymas planctumque effundimur, dum hæc nobis paſſio ad memoriam reuocatur: an non certum eſt, quod Abraham amplius contriſtaretur? ſi mulieres videntes ad mortem duci Saluatorem lamentabantur, eumque plangebant, quid ageret Abraham eum videns in cruce dolorum ſpinis dumetiſque pœnarum irretitum exſpirãtem? Grande myſterium. Indubitatum eſt, quin ex vna parte lugeret, eius perpendens pœnas acerbiores, quo nullus inter natos mulierum ſpecioſior, illius inquam filij ſui, qui cum ſuus eſſet ſecundum quod homo, erat & Dei ſecundũ quod Deus. Cæterum ex altera parte non modica perfunderetur lætitia, conſiderans quod licet arbor illa, arbor illi eſſet ſpinarum & vinculorum, humano tamen generi arbor eſſet remiſſionis ac libertatis.

Contemplare Dauidem; hic enim hoc myſterium perpendens nos omnes adiubilos, ad exultationem inuitat & gaudia: & pariter ad lamẽta, ad planctus prouocat & gemitus: *Venite exultemus Domino iubilemus Deo ſalutari noſtro. Venite adoremus, & ploremus coram Domino.* Quæ eſt hæc, ô Propheta ſancte, connexio? Venite exultemus: Venite ploremus coram Domino? Optima connexio: quamuis hæc ſibi videantur verba repugnare: quia crux Chriſti arbor eſt Sabech, quæ ſignificat ea quæ ſibi videntur oppoſita, arbor pœnarum Chriſto, nobis autem arbor eſt remiſſionis. Vt integram haberemus remiſſionẽ requirebatur, vt ille qui ſolus eſt mundus, immaculatus, nulliq; peccato obnoxius, & agnus ſine macula in arbore crucis pretioſũ ſuũ effunderet ſanguinem. Hic tamen D. Auguſt. notanda venit animaduerſio, qui hoc tractans argumentum, quod nullus hominum excepto Chriſto, à peccato fuerit immunis, de Deipara tamen virgine dicit: *Cum de peccatis agitur nullam prorſus de ſancta Maria virgine habere volo quæſtionem, Vnde* *enim*

Pſa. 94. 1.

D. Aug. *Li. de natura & grat. cont. Pelag. ad Tim. & Iac. c. 26. Tom. 7.*

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

XX. Sola Chriſti mater ſine peccato.

enim ſcimus quod ei plus gratiæ collatum fuerit ad vincendum omni ex parte peccatum, quæ concipere ac parere meruit eum, quem conſtat nullam habuiſſe peccatum. Hac ergo virgine excepta, ſi omnes illos ſanctos & ſanctas congregare poſſemus, & interrogare, vtrum eſſent ſine peccato: nonne vna voce clamaſſent: Si dixerimus, quia peccatum non habemus, ipſi nos ſeducimus, & veritas in nobis non eſt.

§.4. *Probare debebat Chriſtus ſe mundum eſſe in oculis hominum, licet mundus eſſet in oculis Dei.*

☞ 12 Q*Vis ex vobis arguet me de peccato?* Licet prædicta certa ſint, quòd nullū Chriſtus habuerit peccatum, nō maculā aliquam, non eius veſtigium, quodque hoc requireretur & conueniret, vt dignè magiſtri & Redemptoris officium expleret, quod in ſe ſuſceperat; erat tamen inſuper neceſſarium vt hoc hominibus cōſtaret & huius fieret in conſeſſu totius mundi rata certificatio, qua vt Redemptor & magiſter agnoſceretur. *Lib.10. de adorat. in Spiritu.* Trutinat D. Cyril. Alexa. propoſito conuenienter, quod Deus diſpoſuit in fabrica tabernaculi, vt enim notat Apoſt. voluit vt ex duabus partibus erigeretur: vna exteriori interiori altera; in exteriori & prima parte candelabrum erat luminis cum ſeptem ſpicis earum ſingulis clariſſima luce radiantibus; oleo fotis puriſſimo; ſimiliter & altare aureum in quo incenſum & aromata, imo & illud ſuaue flagrans Thymiama adolebantur, tam ſuaui odore gratum vt commotum Deo pectus mitigaret; in interiori & ſecunda parte, arca latebat myſtica ſuo contecta propitiatorio, ex auro & Cherubinis, hæc etenim erat Dei ſedes in qua velut in Throno ſuæ maieſtatis excelſo repræſentabatur. Hæc pars dicebatur *Sancta Sanctorum* vel vt alij legunt: *Sanctitas Sanctitatum* id eſt fons & omnium origo Sanctitatum, Exterior vocabatur *Sancta* in neutro id eſt, quid ab omni parte Sanctum: cum enim hæc pars exterior ſic vnita eſſet illi interiori *Sancta Sanctorum*, non dubium eſt quin illi ex ea redundare debebat, vt in omnibus, & per omnia foret ſancta. Erat hæc autem patula, eiuſque lucis manifeſta claritas, nec non odorum ſuauitas omnium oculis patentiſſima. Pars interior vero contecta latebat, ad quam nedum intrare nefas erat, ſed nec illam videre licebat manifeſtè. Diuinum eſt hoc arcanum (teſte D. Cyril.) & quodnam illud? ſcilicet quod tabernaculum illud expreſſam præferret Meſſiæ venturi figuram, in quo futuræ eſſent velut duæ partes. Vna *Sancta Sanctorū* vel *Sanctitas Sanctitatum* nempe Sanctiſſima Diuinitas, fons & ſcaturigo cuiuſcumque ſiue in cœlo, ſiue in terra, Sanctitatis: Arca quoque theſaurorum Dei. Altera, *Sancta* eius nempe humanitas omnino Sancta, in corpore, in anima, cogitationibus, verbis, & operibus: Sanctitas, inquam, quæ illi dimanabat ex coniunctione & vnione diuinitatis, vt ante dictum eſt, illique quadrat optimè nomen *Sancta* ſicut declarauit Angelus, cum illo quod ante declarauimus, Virgine Sanctiſſimæ dictū: *Quod ex te naſcetur, Sanctum.* Luc. 1.35. Illa pars interior velo noſtræ mortalitatis tecta latebat abſcondita: *Per velamen id eſt carnem ſuam* ait Apoſtolus: Heb. 10.3 erat etenim Chriſti diuinitas inuiſibilis, & ita hominum oculis abſcondita, vt vere dicere potuerit Vates Euangelicus: *Vere tu es Deus abſconditus.* Iſai. 45.5.

I. Tabernaculum figura eſt Chriſti.

II. Duæ partes interior & exterior Chriſti ſignabāt Diuinitatem & humanitatem

III. Chriſti ſanctitas & doctrina debebat omnibus patere.

Si autem conueniebat vt Chriſtus noſtræ redemptionis opus peragerett: illud enim fieri debebat per mortem eius: etenim ſi diuinitatem manifeſtaſſet, in eum manus mittere nemo præſumpſiſſet: *Si enim cognouiſſent numquam Dominum gloriæ crucifixiſſent.* 1. Cor. 2.8 Pars exterior quæ eius erat humanitas, omnium oculis debebat eſſe manifeſta, quatenus compleretur illud Iſaiæ Vatis oraculum: *Videbit omnis caro ſalutare Dei.* Luc. 3.4. Nec nō aperta patere debebat coram omnibus lucis eius claritas, odorumque ſuauitas: quæ Deo in ſacrificium adolebatur. Duo conueniebant Meſſiæ: verborum doctrinæque lumen, quo nos illuminaret, Magiſter eſſet & doceret; nec non operū fragantia, quibus nos redimeret. Eius doctrinam conueniebat eſſe adeo ſecuram ac certam vt ab omnibus agnoſceretur quod nullum quo nos irretiret, mendacium, erroremque complecteretur. Eius autem opera adeo ſancta vt nullis eſſet peccatis obnoxius, quibus non ſolum Deum nobis non reconciliaret, ſed grauiter offenderet ac contra ſe prouocaret. His ſuppoſitis expediens erat vt quatenus illum homines vt talem reciperent, integram daret ſatisfactionem ita vt clarè nudèque cognoſcerent, veram eius eſſe doctrinam, opera ſancta & ab omni prorſus peccato aliena. Hoc à Chriſto requirebatur & hoc ipſe perfecit.

Sic nobis declarat Euangeliſta Ioan. velut tabernaculum ex duabus partibus cœleſte, diuinitate & humanitate, dicendo. *Verbum caro factum eſt* & addit dicens: partem ſuæ humanitatis exteriorem omnium oculis pateſeciſſe: vidimus enim eum, inquit, plenum gratiæ & veritatis,

acutalis quidem qualem quis ab eo ſperare poſſet, qui Dei Filius eſſet: *Vidimus gloriam eius quaſi vnigeniti à Patre plenum gratia & veritatis.* Veritas, eſt ſapientia & doctrina ſignata per tabernaculum: gratia, eſt ſanctitas puriſſima, qua adeo plenus effulſit: vt quidquid egerit, diuino placuerit conſpectui, velut atoma quolibet odore fragantius. Porro hæc ſanctitas requirebatur in ipſo adeo patula, vt eam omnium oculi contuerentur.

Iſa. 62. 2. Hoc innuit Iſaias: *Videbunt gentes iuſtum tuum* Legunt alij: *Videbunt iuſtitiam tuam.* Ad litteram de Chriſto loquitur: vt enim Sanctitatem eius, ac iuſtitiam exponat; illum vocat ipſam iuſtitiam Nec ait, videbunt Meſſiam, ſed iuſtum tuum; quia iuſtitia eius ac ſanctitas futura erat omnium oculis adeo manifeſta; vt omnes cognoſcerent eum tanta eminere iuſtitia, vt nihil ſit quod eius inquinaret ſanctitatem: vt hoc igitur ratum faceret Dominus iam morti proximus, ſecuram, tutamque inſtituit huius veritatis confirmationem: qua toti mundo pateret, & vitæ ſuæ mundities & doctrinæ ſine errore integritas.

IV. Vtramq; Chriſtus cõfirmat, dũ ſe lucẽ compellat.

In eum finem longam inſtituit in medio templi concionem coram inimicis ſuis acerbiſſimis, Principibus ſcilicet ſacerdotum & Doctorum in totius populi ſynagoga, cuius partem hodiernum complectitur Euangelium: cuius prologus ex heſterno ordiritur Euangelio: *Ego ſum lux mundi, qui ſequitur me non ambulat in tenebris, ſed habebit lumen vitæ.*

☞ 13 Lux munditiem ſignificat & puritatem, eò quòd illam in ſe contineat in gradu adeo excellenti vt nihil ſit quòd eam poſſit inquinare, tantumque abeſt ab omni tenebrarum receptione, vt illis totaliter opponatur, & vbi illa reſplendet illæ nullatenus valeant conſiſtere: vnde dixit Apoſtol. *Quæ conuentio luci ad tenebras?* (*2. Cor. 6. 14.*) Quocirca Euangeliſta Ioannes ipſius Dei in ſe puritatem expoſiturus eodem vtitur ſymbolo: *Deus lux eſt & tenebræ in eo non ſunt, vllæ.* (*1. Ioa. 1. 5.*) Per eandem ſe Chriſtus repræſentat, puriſſimam ſuam declaraturus munditiem, puritatemque mundiſſimam, dicendo: *Ego ſum lux mundi.* Quod & ipſi eius inimici intellexerunt: quandoquidem confeſtim vt dæmones prodierint, dicendo: quòd ipſe hoc de ſe teſtaretur, ſed non probaret, nec debere dictis illius fidem adhiberi: *Tu de te ipſo teſtimonium perhibes, teſtimonium tuum non eſt verum.* Reſpondet illis Chriſtus: Primò demonſtrans, ſuum per ſe ſolum debere recipi teſtimonium vt heri diximus. Deinde dicendo quòd ſolus non eſſet ipſe, qui hoc teſtaretur, ſed hoc Patris ſui roborari teſtimonio: *Ego teſtimonium perhibeo de me ipſo & teſtimonium perhibet de me qui miſit me Pater.*

V. Duæ ſũt ſpecies teſtiũ: Dei & hominis.

Duo ſunt teſtes, totidemque teſtimonia, quibus probari indicari & examinari poteſt alicuius rei bonitas: Dei ſcilicet & hominũ Illud primũ eſt, principale totũ & infallibile: *Non enim qui ſeipſum commendat ille probatus eſt, ſed quem Deus commendat.* (*2. Cor. 10. 18.*) Quocirca ad bonitatis ſuæ ac Sanctitatis confirmationẽ Diuinum Chriſtus prius profert iudicium, atque hoc ſibi ſuffragari. Hoc declarat dum ſe lucem inſcribit: *Ego ſum lux mundi*, omnibus obuiũ eſt creaturã cæteris perfectiorem inter viſibiles, diuina manu procreatas, eſſe lucẽ vt heri probauimus, vt autem conſtaret quòd nullum in ſe patiatur defectum, ipſe voluit hoc Deus ratificare, & quaſi ad tribunal productã eã circumquaque conſpexit, viditque bonam: *Dixit Deus fiat lux & facta eſt lux. Et vidit Deus lucem quod eſſet bona.* (*Gen. 1. 3.*)

VI. Lux à Deo probatur bona.

Creauit eam, & intuitus eſt diligenter, quaſi ſubijciens examini, ad forte defectu aliquo vel macula laboraret (noſtro loquẽdi modo (ſicut pictor qui vultum imaginis delineat, quam cum penicillo ſuo protraxit parumper ab illa diſcedit, vt examinet & recognoſcat, quam ſit ad artem cõpoſita, & ait: bene eſt, placet: ſic etiã dicamus, quòd Deus producens lucem, eam intuetur & ex induſtria oculos ſuos in eam deflectit, & ait: placet: nulla macula conſpergitur, nullo eſt defectu reprehenſibilis. Hoc ſpectat, vt opinior ipſe Chriſtus, dum ait: *Ego lux ſum mundi.* Habet lux ad ſui prædicationem oculorum Dei teſtimonium, & ſapientiſſimi eius iudicij decretũ: hoc & ego ſentio vel vt melius dicamus; ad hoc alludit, quod de eodem Domino, qui ſapientia eſt æterna ſcribebatur: *Vbique attingit propter ſuam munditiam &c. & ideo nihil inquinatum in eam incurret. Candor eſt lucis æternæ & ſpeculum ſine macula Dei maieſtatis & imago bonitatis illius.* (*Sap. 7. 24.*)

VII. Chriſtus dicitur candor æternæ Lucis.

Nulla eſt in eo macula, nullæ ſordes, fuligo nulla, eſt candor etenim *Candor lucis æternæ.*

VIII. Candor puritatem indicat.

Sacra Scriptura vt aliquid indicet eſſe puriſſimum, nominat illud candidum: eſt enim color albus magis ex luce participãs: vnde quod Math. Euangeliſta teſtatur de veſtimentis Chriſti: *Veſtimenta autẽ eius facta ſunt alba, ſicut nix.* D. Luc. teſtatur: *Veſtitus eius albus ac refulgens.* (*Mat. 17. 2. Luc. 9.*) Quod Euangeliſta D. Math. & Marc. referunt de Angelo in reſurrectione Domini: *Veſtimentum eius ſicut nix.* (*Mat. 28. 3. Marc. 16. 5.*) D. Luc. ponit: *In veſte fulgenti.* (*Luc. 24. 4.*) Hoc dato dicere de Chriſto quòd candor ſit lucis æternæ, ſignificat quòd lux ſit puriſſima, clariſſima,

diuino ſplendore fulgentiſſima, vt nec caliginis alicuius admittat ipſa veſtigium. Quàm pura de ſe eſt ipſa lux? Aquas penetrat, & non madefit: lutum & non inquinatur: ſordes, & non contaminatur: carbones, & non denigratur, virorem, & non vireſcit: talis Chriſtus eſſe commendatur: etenim conuerſatus eſt, & ambulauit inter

L. de ador. in Spiritu. peccatores, vſurarios, lenones, Publicanos, ſed manſit ipſis ſtellis ſoleque fulgentior. O mentis

Mat. 9. 11. inopes, ait D. Cyril. quid obgannitis? *Quare cum peccatoribus manducat magiſter veſter?* An non videtis quod lux ſit, quæ inter ſpurciſſimas immunditias puriſſimam ſuam conſeruat munditiam?

Serm. 93. O te imprudentem, loquitur D. Pet. Chryſol. Simonem, qui tam ſtultis obmurmuras rationibus, & peruerſo Chriſtum arguis iudicio, quòd videas Chriſtum ſui corporis contactum permittere peccatrici. An non vides lucem hanc puriſſimam, quæ inter maximè horrentem plagam ac ſaniem, ſolem ipſum candore anteuertat: *Candor eſt lucis æternæ, & nihil inquinatum in eam incurrit.*

IX. Dicitur etiam ſpeculum ſine macula.

Vlteriùs ait: *Speculum eſt ſine macula Dei maieſtatis*, q. d. Deus illum intuetur, & ſeipſum in illo velut in ſpeculo contemplatur, in quo nullam offendit maculam. Sunt autem Dei oculi adeo perſpicaces, vt nulla ſit creatura, in qua non aliquem inueniat defectum: *Nullus a-*

Iob. 9. 30. 31. *pud te per ſe innocens eſt*, aiebat Domino Moyſes. Hoc ipſum Iob mortalibus cruciabat anguſtijs, ſic vt diceret: *Si lotus fuero quaſi aquis niuis, & fulſerint velut mundiſſimæ manus meæ, tamen ſordibus intinges me, & abominabuntur me veſtimenta mea.* Hoc ipſum vehementer angebat A-

1. Cor. 4. 5. poſt. cum ait: *Nihil mihi conſcius ſum, ſed non in hoc iuſtificatus ſum. Qui enim iudicat me, Dominus eſt.* Adeo limpidi ſunt Dei oculi, vt etiam in Angelis ſuis repererit prauitatem eo modo, quo de-

Iob. 4. 18. clarant Theologi, & verax ait Iob: *In Angelis ſuis reperit prauitatem.* Igitur videamus: an Deus oculos ſuos in Chriſtum firmauit? tanto ſtudio fecit hoc, quantò mulier ſpeculum intuetur formæ ſuæ curioſiſſima: *Speculum Dei maieſtatis*, Speculum eſt in quo contemplatur ſeipſum & in quod ab æterno oculos ſuos defixit diuiniſſimos. An in eo defectum reperit? abſit omnino! *Sine macula.* Audi Patris de eo teſtimonium al-

Matth. 17. 5. tiſona voce declamatum. *Hic eſt filius meus dilectus, in quo mihi bene complacui.*

X. Etiam imago bonitatis Dei.

Vt finem his tandem imponamus, ſubiungit: *Imago bonitatis illius.* Eſt lux, ac conſequenter bona. Quam bona? vt ſit imago bonitatis Dei. Libros conſcripſit D. Hieron. duos contra Pelagianos, vt amplitudine ita profundiſſima doctrina ſpectatiſſimos, magnum expendens diſcrimē, quod eſt inter bonitatem ac Sanctitatem hominum & Dei: illa etenim quoſdam ſecum patitur defectus, & imperfectiones quæ etiam in illis, quos cæteris ſanctitate præponimus, inueniuntur, attamen Dei bonitas, eiuſque ſanctitas, omnem reſpuit imperfectionem, ſignumque fuli-

ginis, de qua ea de cauſa Saluator ait: *Nemo bonus niſi ſolus Deus*, hæc eſt illa puritas, & munditia Redemptoris: *Imago bonitatis illius.* Hoc igitur eſt primum verumque teſtimonium, quo ſuam Chriſtus teſtatur puritatem, & probat innocentiam, ſuum ſcilicet æternique Patris teſtimonium: *Ego teſtimonium perhibeo de me ipſo, & teſtimonium perhibet de me, qui miſit me, Pater.* Teſtimonium eſt hoc ſecurum & irrefragabile, & quòd nullum concedat locum calumniatori. Plura hic occurrerent dicenda, vt declararemus, qua ratione Pater teſtimonium dederit, & Filius & Spiritus S. potiſſimum in Iordane, vbi ſe Pater in voce manifeſtauit, & Filius in humanitate, & Spiritus S. in columba, vt poſſemus effari: *Tres* *Luc. 18. 19*

ſunt qui teſtimonium dant in cœlo, Pater, Verbum, & Spiritus S. Quomodo dederit Pater teſtimonium, patet euidenter ex eo, quod tunc temporis dixerit: *Hic eſt Filius meus dilectus.* Qualiter hoc dederit Spiritus S. liquidè conſtat, cum reſederit ſuper eum cum plenitudine in figura columbæ. Quomodo hoc filius perhibuit? Hoc enim eſt de ſeipſo teſtari. Dico quòd filius ſecundum quod Deus, de ſeipſo teſtimonium dederit, ſecundum quod homo, vt SS. Patres exponunt. *1. Ioa. 5. 7.*

§. 5. Dicebat turbis Iudæorum & Principibus Sacerdotum. *Conueniebat vt Chriſtus hanc de ſua puritate ratificationem inſtitueret coram principibus & populo, iuxta de vacca rufa præſcriptum.*

Licet ſit certum, quòd Dei teſtimonium, 14
ſufficeret, quo Dominus ratam & irrefragabilem ſuam teſtaretur innocentiam, vt tamen cunctis os inimicis obſtrueret, ſtrictam etiam coram illis ipſis inſtituit ratificationem, qui eum erant occiſuri, & quibus, vt hanc illi mortem infligerent, primò debebat eius conſtare munditie. Hoc aggreditur in epilogo ſuæ concionis, quam coram illis habuit, & qua præſens orditur Euangelium. *Dicebat Ieſus turbis Iudæorum, & principibus Sacerdotū: quis*

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

ex vobis arguet me de peccato. Hanc certificationem inſtituit in templo, loco publico, in iudicio Principum Sacerdotum, & præſente totaIudæorum Synagoga. Numquid non Domine, tuam illi machinantur necem? An illi non ſunt, qui te cruci, velut malefactorem, ſunt affixuri? Vtique: imo hac de cauſa volo; vt ipſi illi primi ſint, quibus hanc innocentiæ meæ & puritatis proponam certificationem: quatenus mors mea eo ipſo ordine peragatur, quo in antiquis illis decretum eſt ſacrificijs. Et hæc prima eſt ratio cur vitam ſuam in tribunali omnium iſtorum examini iudicioque ſubijciat.

I. Sacrificij de vacca rufa conditiones expenduntur.

Hoc propoſitum congruè proſequitur Antesignanus Theologorum D. Thom. declarans, qua ratione omnia illa ſacrificia ex lege ſancita, agnorum, ouium, caprarum, vitulorum, vaccarum, turturum & columbarum expreſſam Christi figuram præſeferrent, quædam ex hac, quædam ex alia ratione: Et omnia hæc non niſi vmbræ erant & figuræ illius quod Chriſtus Dominus in cruce pro nobis eſſet oblaturus. Quamuis autem hoc ita ſit, ſubtiliter tamen notat omnino ſingulare fuiſſe, & maximè celebres vaccæ rufæ ſacrificium quod Deus ſpecificè Moyſi in libr. Num. præcepit & idem notat D. Augu. expendens quòd Deus hoc præcepturus ſacrificium atque ad hoc Moyſen ad ſe vocans, illi dixerit *Iſta eſt religio victimæ quam conſtituit Dominus*: nam diuerſas conferens horum verborum lectiones, ait S. Doctor, Deum indicaſſe vt aduerteret quòd ſacrificium illud à ſe ordinandum ſumma quædam eſſet eorum quæ religio diuinaque fides docet, in quo omnia volebat ſignificare myſteria, nedum legis antiquæ ſed inſuper Chriſtianæ religionis: proinde plures voluit in illo ſeruari conditiones, quæ ſupremis ſcaterent arcanis diuiniſque Sacramentis.

1.2. q.102 ar.5. ad 5.

Lib.44. in Nu. q. 33. Num. 19.

Erat autem hoc ſacrificium cæteris omnibus illuſtrius: Primò: in ratione ſacrificij, ſecundo: ratione eius ob quod offerebatur. In ratione ſacrificij: quia iuxta D. Thom. inter omnia ſacrificia primum habebat locum holocauſtum, quando ſc. animal immolatum totum in Dei honorem cremabatur, & inter omnia illa holocauſta, hoc reliquis caput dignitate attollebat. Quia tali modo volebat cunctis videntibus vaccam concremari, vt mandaret non ſolum carnem, ſanguinem, oſſa, ſed etiam pellem, pilos & inteſtina, quinimo quidquid in illis erat, concremari, omniaque tradi flammis exurenda. *Comburet eam cunctis videntibus tam pelle, & carnibus eius, quàm ſanguine & fimo flammæ traditis.* Inſuper volebat ignem hunc non eſſe communem & ordinarium, ſed ſingularem ex ligno cedri, cui inijceretur herba Hyſſopus & grana quædam cocci bis tincti. Quis vnquam tale vidit genus ignis? In ratione verò cauſæ ob quam offerebatur, etiam erat ſupremum: quia pro omnibus offerebatur peccatis & immundicijs legalibus, omnis generis hominum illius popopuli: Itaque cum hoc ita ſit, quòd frequentiora ſacrificia fiebant in particularium expiationem immunditiarum, quædam pro illis, alia pro alijs, quædam pro his perſonis alia pro alijs, erat hoc ſacrificium quoddam vniuerſale in expiationem omnis generis perſonarum, & immunditiarum.

1.2. q. ar. 3. ad 10.

Vt autem Deus intentionem ſuam manifeſtiùs exponat ſingulares quaſdam decreuit circumſtantias, & conditiones, tam in vacca ipſa, quàm in illis, qui eam offerebant ſicut & in forma, qua illam volebat immolari. Primò volo ſit *vacca rufa* ſecundo ſit *ætatis integræ.* Id eſt perfecta ſic vt poſſint eius actiones in ſuo genere eſſe perfectiores, tertiò *quæ non portauerit iugum*, quæ iugo colla non ſubiecerit. Quartò: de ciuitate abducatur ſacrificanda; & altare in quo debeat immolari ſit in campo vel monte. *Eductum extra caſtra.* Quinto: vt iam immolatæ & concrematæ cineres colligantur, & extra plateas & habitacula populi proijciantur in locum mundiſſimum, in quo conſeruentur, donec fuerit neceſſarium illis vti in remedium & expiationem peccatorum totius populi in generali: vt ex illis, quod expedierit aſſumatur, & pro ſingulis in particulari, per manus ſummi Sacerdotis aliorumque Sacerdotum: quatenus iniecta illis aqua populus aſpergatur in purificationem filiorum Iſrael, pro quorum criminibus vacca conſecratur. *Colliget vir mundus cineres vaccæ, & effundet eos extra caſtra in loco puriſſimo, vt ſint multitudini filiorum Iſrael in cuſtodiam, & in aquam aſperſionis: quia pro peccato vacca combuſta eſt.* Num 19.

Sextò: iubeo, inquit Deus, vt quotquot fuerint miniſtri, & morti ac ſacrificio vaccæ huius interuenerint, immundi ſint & contaminati vſque ad veſperam. *Immundus erit vſque ad veſperam.* Cæterum in quantum erit hoc ſacrificium ad macularum expiationem, hoc præcipuè iniungo, vt vacca ſit immaculata. *In qua nulla ſit macula.* Et ad maiorem mando ſecuritatem:

vt

vt accedente tempore, quo debet immolari, eius examinetur puritas, & diligenter inſpiciatur, an nulla ſit macula vituperabilis: Examen autem illud fiet per ſummum Sacerdotem Eleazarum & Sacerdotes, qui huic intereſſe debent ſacrificio, & coram ſpectante populo vacca proponatur, ita vt illi cunctuſque populus eam ex omni parte conſpiciat, & certiſſimè conſtet nullius in ea maculæ reperiri veſtigium: *Tradetis eam Eleazaro Sacerdoti &c.*

Quis ſapiens non intelligit in tot, tamque varijs circumſtantijs Deum hic ſingularia prænotare myſteria, & in ipſis, ea quæ ſunt noſtræ fidei ac religionis? *Hæc eſt religio victimæ.* Præſignare nobis voluit cæleſte quoddam prototypon, ſeu imaginem diuini illius ſacrificij, quod Chriſtus Dominus in morte ſua obtulit holocauſtum. Hoc igitur eſt ſupremum omnium ſacrificium, quod in ſe cuncta complectitur ſacrificia: Eſt perfectum holocauſtum oblatum in igne cocci bis tincti, id eſt amore Dei flagrantiſſimo; & hominibus in remedium peccatorum omnium vniuerſale, vt notat Apoſtolus Paulus in epiſtola quam cantauimus, vt enim aduertit Diu. Euſebius Emiſſ. optimè ſibi conueniunt Euangelium & Epiſtola. In ea D. Paulus adducit & repræſentat vaccæ rufæ ſacrificium, & quid fieret cum eius cineribus in expiationem immunditiarum illius populi:
Heb. 9, 13. *Cinis vitulæ aſperſus inquinatos ſanctificat ad emundationem carnis &c.* Et hinc tranſit ad excellentiam ſacrificij Chriſti per illud vaccæ rufæ figurati: *Quanto magis ſanguis Chriſti per Spiritum Sanctum ſeipſum obtulit immaculatum Deo, emundabit conſcientiam noſtram ab operibus mortuis.* Sacrificium Chriſti per Spiritum S. inquit oblatum.

☞ 15 Habes ſic ignem ligni cedri, & cocci bis tincti, ſymbolum amoris, nomen proprium Spiritui S. Sacrificium eſt vniuerſale quantum ad homines & quantum ad peccata, etenim oblatum fuit pro omnibus & omnium hominum ſcele-
1. Ioa. 2, 2. ribus: *Ipſe eſt propitiatio pro peccatis noſtris, nō pro noſtris autem tantum, ſed & totius mundi.* Et euidenter patet, quàm ad perpendiculum hic omnes conueniant conditiones, quas Deus in ſacrificio vitulæ conſtituit. Prima: vt rufa ſit. An non conuenientior illi erat candor? Nequaquam; ſed rufa ſit, vt ſignificetur, quòd veram Chriſtus habuerit carnem, cum vero ſanguine, noſtræ comparem: proinde doloribus pœniſque ſubiectam: vtque per hoc hæreſim euecaret, quam præſciebat orituram in Eccleſia multorum opera perduellium hæreticorum, dicentium Chriſti carnem non eſſe veram, nec paſſibilem, ſed de cælo formatam, atque fantaſticam. Sic impius effutijt Valentinus, quòd caro Chriſti ſpiritualis eſſet, cruciatuum incapax, ob quam hæreſim D. Policap. D. Ioann. Euangel. Diſcipulus & auditor Hæreſ. 31.
epiſt. ad Philippenſeum ſugillat Antichriſtum, l. 6. contra
ipſum D. Ioann dictum imitatus: *Qui non confi-* Marcion.
tetur Ieſum Chriſtum veniſſe in carnem hic ſedu- 2. Ioan. 7.
ctor eſt, & Antichriſtus. Eodem errore ſacrilegus laborauit Marcion, teſte D. Epiphanio quem ſcriptis ſuis impugnat Tertullianus, illi obijciens, quòd impiâ illâ blaſphemiâ nobis omnem ſpem auferret, quam ex vera Chriſti paſſione, veris doloribus, veraque morte concipimus.

Ad huius veritatis expoſitionem eum ſponſa vocat rubicundum: *Dilectus meus candidus, &* Cant. 5. 10.
rubicundus. Eſt Deus verus diuinis & veris laudabilis proprietatibus: idcirco ab ea dicitur *Candidus.* Eſt verus homo veris ac humanis inſignis proprietatibus: idcirco dicitur *Rubicundus.* Secunda: ætatis eſſe debebat integræ: Chriſtus enim ſacrificandus erat in ætate triginta trium annorum. Hanc verò Apoſtolus dicit ætatem viri eſſe perfectam: *In virum perfectum, in menſu-* Epheſ. 4.
ram ætatis plenitudinis Chriſti. Per hoc pariter 13.
deſignans, omnes eius virtutes, earumque opera eſſe perfectiſſima: qualia ſunt ætatis perfectæ. Tertia: nullum poterat vnquam portaſſe iugum. Expendit D. Auguſtinus, quod noſtra lectio vul- Qu. 33. in
gata ſcribit: *Non portauit iugum* ex alia legit: *Non* l. Num.
ſit ſuper eam ſuperpoſitum iugum, quatenus declaretur, inquit ipſe, ſuper Chriſtum nullam ſuperpoſitam fuiſſe moriendi obligationem: quam Deus omnibus hominibus propter peccatum ſuperimpoſuit, dicit Spiritus ſanctus quod *Graue* Eccle. 40. 1.
iugum cecidit ſuper filios Adam, ſcilicet eſſe mortales & ad mortem naſci condemnatos in primæui parentis noſtri culpæ ſupplicium. Heu quàm terribile, quàm horrendum iugum: *Morte* Gen. 3. 19.
morieris: Puluis es & in puluerem reuerteris. Omnes naſcuntur morti adiudicati. Ita vt noſtra mors iam ſit debita, & omnes eam ſoluere teneamur, & hoc eſt quod communi loqueris adagio, vnam debeo Deo mortem. Hoc iugum ſuper Chriſtum non cecidit: quia particeps non fuit peccati: vnde ad mortem non tenebatur: quamobrem à Dauid celebratur: *Inter mortuos* Pſ. 87. 6.
liber. Quod ſi moriatur, non ex debito, non ex obligatione moritur. Hoc ipſe proteſtatur: *Nemo* Ioan. 10.
tollit animā meam à me, ſed ego pono eam & pote- 18.

ſtatem habeo iterum ſumendi eam. Et hoc erat neceſſarium, vt enim Deo debitum ſolueret, requirebatur vt per illud ſolueret, quod illi non debebatur: male etenim tu debitum ſolueres, ſi in eius ſolutionem creditori tuo dares, quod illi iam dare tenebaris. Mors omnium filiorum Adam iam erat Deo debita: vnde nulla apta erat in ſolutionem mortis, quam omnes Deo debebant, ſed mors requirebatur indebita: illa autem erat Chriſti: idcirco dicitur quod ſuper ceruices eius iugum non ceciderit.

Quarta: non vult vt in ciuitate offeratur, ſicut cætera ſacrificia, ſed in altari erecto extra ciuitatem: quo præſignetur iuxta Apoſtolum quòd Chriſtus moriturus non eſſet ſeque Patri immolaturus in Hieruſalem, vbi legalia offerebantur, ſacrificia, ſoli illi populo deſignata Iudaico, ſed
Hebr.13.1 in ara crucis ruri in monte Caluariæ: *Ieſus vt ſanctificaret per ſuum ſanguinem populum, extra portam paſſus eſt.* Quo ſimiliter indicaretur virtutem huius ſacrificij intra muros Hieruſalem non fore concludendam: quandoquidem per vniuerſam terram eſſet extendenda, quinimo ipſa ſydera penetratura.

Quinta: colligi debebant & ſeruari cineres in loco mundiſſimo extra populi tumultum, vt ex illis ſumeretur iuſſu ſummi Sacerdotis aliorumque Sacerdotum & quod requirebatur in expiationem peccatorum. Hic arcana latent myſteria: præceperit Deus vt cineres in loco puriſſimo reponerentur, videtur debuiſſe ſtatuere, vt in ſecretiori populi loco vel intra Sancta Sanctorum, ſeruarentur: Etenim quilibet locus foris, quantumuis mundiſſimus, tamen immundus erat, quia idolis & idololatrijs fœdabatur. Declarare per hoc voluit virtutem ſacrificij mortiſque Chriſti ſeruandam fore extra populum Iudaicum (qui vt dicemus totus manſit pollutus) in Eccleſia Chriſtiana: Etenim ipſa eſt, quam ſanguine ſuo lauit & purificauit, de qua & quo
Ephes.5.27. ſic Apoſtol. *Vt exhiberet ipſe ſibi glorioſam Eccleſiam non habentem maculam, aut rugam.* Hic poſuit ac reliquit hanc virtutem in ſanctiſſimis Sacramentis, cæleſtis gratiæ vaſis, & in theſauris Eccleſiæ, cuius adminiſtrationem habet ſummus Pontifex, atque ex eius decreto & cum dependentia ab eo omnes Sacerdotes, qui Sacramanta adminiſtrant, & diſpenſant indulgentias, ſingulis applicant quod neceſſarium eſt ad eorum expiationem & emundationem.

☞ 16 Sexto: quòd Sacerdotes contraherent immũditiam cæterique omnes huic cædi & ſacrificio miniſtrantes, non minorem habet myſterij difficultatem. Admirabile eſt (inquit D. Thom.) Loc.cit. quòd ſacrificium illud ad vniuerſalem celebrantes expiationem ipſi miniſtri ex hoc pollueren-tur, idque vſque ad veſperam. Si huius virtute ſacrificij mundabantur iuxta decretum legis immundi: qua ratione ſeruientes illi polluebantur? Vt per hoc detur intelligi (ex mente Diu. Thom.) Sacerdotes, Principes, Phariſæos & Iudæos mortis Chriſti cooperatores, immundos coram Deo totoque populo fuiſſe & maculatos: etenim ſanguinem eius effundentes, Chriſtumque interficientes, peccatum incurrerunt mortiferũ, quo nullum patratum eſt in mundo ceterius, & in hac perſeuerant, & perſeuerabunt immunditia vſque ad occaſum ſolis, id eſt vſque ad finem mundi, cum Deus eorum reuelabit oculos culpam ſuam agnoſcentes ad eum ſe conuertent atque baptiſmo lauabuntur, eiuſdem virtute ſanguinis quam ipſi profuderunt homicidæ.

Myſterium hoc aliquoties proſequitur Diu. Pſ.58.7.
Paul. & celebrauit Propheta Regius: *Conuertentur ad veſperam.* Verumtamen hoc noſtro deſeruit propoſito principalius, id quod in vacca primum requirebatur vt nullam haberet maculam: vt autem de certò cõſtaret, quando tempus iam imminebat, quo debebat immolari, illa coram ſummo Sacerdote Eleazaro aliiſque Sacerdotibus in totius populi Synagoga ſtatuebatur, vt eam per ſingula membra conſpicerent. Per hoc Chriſti declarare voluit innocentiam, in quem nullum caderet peccatum, nec alicuius culpæ macula qui in omnibus & per omnia foret impollutus, vt de illo hoc prædicaretur: *Qui* 1.Petr.2.
peccatum non fecit nec inuentus eſt dolus in ore 22.
eius. Vnde ſic expediebat, vt ſacrificium eſſet adeo gratum & acceptum, vt nulla poſſet ratione reprobari ſicut dictum eſt: Vt autem hæc innocentia atque mundities toti mundo pateſceret, intendit vt nunc accedente hora ſacrificij, ſiſtatur coram Principibus Sacerdotum in totius populi corona, vt eius hæc puritas diſcutiatur, idcirco ſingulari conſilio non decreuit Deus, vt vacca Aaroni qui ſummus erat Pontifex, ſed Eleazaro eius filio traderetur: *Tradent eam Eleazaro Sacerdoti.* Cur ita? Quia dum de Aarone loquitur, ſuam communiter intelligit perſonam, ſed quando de Eleazaro eius filio, & in officio ſummi Sacerdotis ſucceſſore Principes intelligit & ſupremos Sacerdotes Aaronis ſucceſſores. Ecce completum hic illud: etenim inſtante tempore mortis Chriſti, per quam erat immolandus, ſeipſum ſiſtit ante ſummos Sacerdotes,

dotes, & Principes Sacerdotum, & coram illis apparet conueniente pariter ad hoc tota populi Synagoga: hic coram illis totam ſuam explicat vitam eamque proponit, quatenus illi omneſque præſentes, eam rite examinent & diſcutiant, videantque nullâ eum macula conſpergi nec in eo aliquod poſſe deprehendi, quod impediat quo minus pro peccatis omnium in ſupremum poſſit offerri ſacrificium: *Quis ex vobis arguet me de peccato?* q. d. ante ſacrificium vaccæ puritatis debet inſtitui verificatio, quæ debet immolari: illa vero è vobis peragi debet in præſentia, & cum aſſiſtentia reliqui populi; quia vos ſummi eſtis Sacerdotes. Coram vobis me ſiſto, meipſum à capite ad calcem intuemini vt hoc inde concludatur, quod ſi moriar pro meis non moriar peccatis, ſed in totius mundi criminum expiationem. *Dicebat Ieſus turbis Iudæorum & principibus Sacerdotum: quis ex vobis arguet me de peccato?* Videtur hoc conuenire illi, quod Hieremias Propheta Sacerdotibus dicebat eius necem machinantibus: *Ecce in manibus* (Hierem. 26. 14)
veſtris ſum: veruntamen ſcitote, & cognoſcite: quod ſi occideritis me, ſanguinem innocentem tradetis contra vosmetipſos. An ſanguini meo inſidiamini? Sit ita: etenim quod ego prætendo, & cauſa ob quam veni, ea eſt, vt à vobis & per manus veſtras occidar: veruntamen præmittamus veram certamque atteſtationem, ſitque euidens ac manifeſtum, quod ſi ſanguinem meum fuderitis, ſanguinem fundatis innocentem, & hominem occidatis innoxium.

§. 6. *Similiter expediat eius puritatis confirmationem fieri coram inimicis ſuis, & ipſi lapidem ante reprobationem ſuo calculo approbarent.*

☞ 19 Præter amicorũ teſtimonia etiam inimicorum requirit Chriſtus.

SEcunda ratio, ob quam vitam ſuam in conſeſſu, & talium committat iudicio, quales erant illi, cupiens vt illi ſtrictum, & rigoroſum vitæ ſuæ ſcrutinium inirent, hæc erat vt tantò liquidiùs, & apertiùs coram toto mundo impolluta eius pateret innocentia. Iam illa teſtimonium habuerat veridicum, & irrefragabile à D. Ioann. Baptiſt. nimirum, quod ipſe agnus eſſet ſine macula qui cuncta mundi ſcelera tolleret, & aboleret: quod in Iordane fuerat tota ſanctiſſima Trinitate confirmante proclamatum. Iam Chriſtus coram diſcipulis ſuis ſecuram inſtituerat teſtificationem, quando prope Cæſaream Philippi eos interrogauerat quid de ſe homines opinarentur, & quale de ipſo ferrent ipſi ſuffragium: cui D. Petrus omnium nomine reſpondit: *Tu es Chriſtus filius Dei viui.* Licet autem Chriſtus Dominus eius approbauerit ſuffragium, & opinionem dicendo: quòd hæc locutus non fuiſſet ex propria libidine, vel ex carnis aut ſanguinis reuelatione, ſed æterni Patris doctus inſpiratione, non tamen in hoc acquieuit: Poterat enim inuidus obijcere, hanc verificationem teſtimoniis & amicorum dicto ſolummodo roboratam: quorum iudicia non ſunt perfectè iuridica: facile namque eſt quempiam falli, dum perhibet pro amico teſtimonium. (Matt. 6. 15)

II. Amicorũ iudicia cæca sũt. Ep. 61. ad Pammac.

Notat D. Hieron. Platonis vulgare & græce dictum, quod Cicero in latinum tranſtulit *Amantium cæca ſunt iudicia.* Apparet parenti filius, vt pinus aurea, cum illo nihil ſit deformius: Tu autem ſæpenumero iudicas, maximam amici tui ſtoliditatem, eximiam mentis eſſe prudentiam. Non ſunt in amico lumina, quibus amici defectus agnoſcat: vnde conformiter amorem depingebant, qui naturam eius penetrabant, oculis velatum: etenim realiter, qui diligit, illos habet obnubilatos, vt in illo quẽ diligit, notet imperfectiones. Vnde prudens fuit illud Philoſophorum conſilium (inquit D. Hieronym.) quo monebant: *Numquam de amicorum iudicio glorieris.* Suſpicione laborat teſtificatio propinquorum & amicorum collecta ſuffragio: nec per hoc te credas iuſtificatum. Quod igitur erit omni vero verius ac concludens in fauorem alicuius teſtimonium? Inimici, reſpondet D. Hieronymus

III. Inimici teſtimonium verum eſſe creditur.

ideo namque illum deſcribunt oculis perſpicacem linceis, qui defectus prodant etiam ſepultos, à ſeptem intra terræ viſcera ſtationibus abſconditos, imo illis plures admouebant faces quæ rerum viſum adaugent, ita vt cum illæ paruæ ſint, & modicæ, illas iudicent adeo magnas, vt nullæ ſint maiores: *Verum eſt teſtimonium quod ab inimica voce profertur: Alioquin ſi amicus pro te dixerit, non teſtis, aut iudex, ſed fautor putabitur.*

D. Hier. Tom. 2. Prou. 10. 12. Hom. 25. nu. 11.

Hoc eſt quòd Spiritus S. ait & expoſuimus *Odium ſuſcitat rixas: vniuerſa autem delicta operit charitas.* Sibi opponuntur amor, & odium: ſicut autem amor omnes operit imperfectiones, quãtumuis magnas, eaſque reputat exiguas, quod videmus in parentibus intuitu filiorum & in amicis amicorum intuitu: ſic odium omnes reuelat, & quantumuis paruæ ſunt, illas ſic exag-

gerat,

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

gerat, vt magnæ eſſe videantur: hoc dato ſuprema de tua bonitate hæc erit confirmatio, quãdo eam capitalis fatebitur tuus inimicus: Vt enim hæc confeſſio, non ex voluntate naſcitur, certum eſt ex facti manare euidentia, qua eius conuincitur intellectus. Hanc Chriſtus vult inſtituere de bonitate ſua ſuaque innocentia; vt nullo poſſit modo reprobari.

IV. Allegoria de gladio Goliath à Dauid aſſũpto.

Admirantur omnes Dauidis propoſitum. Soceri ſui Regis Saul contumacem fugit perſecutionem, nullis inſtructus armis, ad Sacerdotem accedit Achimelec: aitque illi: en me, qualem vides, totum inermem: ſi placet lanceam aut gladium mihi concedere quo me valeam tueri. Cui Sacerdos: in ſide Sacerdotis nulla mihi ſunt arma: non enim Sacerdoti arma conueniunt nec in omni hac domo vlla reperies: niſi gladium Goliath gigantis quem victor percuſſiſti, quemque vaginâ eduxiſti quo caput illi præcidiſti, pendet hic in tabernaculo, Deo oblatus, cuius virtute ac robore tuum ſuperaſti inimicum, talemque de hoſte triumphum retuliſti: hunc ne habes, ait Dauid? Da mihi illum, ad mei namque defenſionem arma habere non poſſum fortiora, aut acie cædente tutiora. *Non eſt huic alter ſimilis da mihi eum.* Gladius limatus, quem ego manibus eripui inimici, hic eſt cui nemo reſiſtet, hic eſt, quo ictum infligam tutiorem. Quæ arma ſunt in tuæ bonitatis probationem potentiora, dum neceſſe fuerit ſtrictam de illi inſtitui verificationem? Quæ teſtimonia? quæ iudicia? Quæ prædicatio? Illa quæ viribus tuis de manibus tuleris inimici, quando ipſe boni coactus euidentia, quod in te conſpicit, in medium prodit præclarum de te promendo teſtimonium. Eſt hoc efficax teſtimonium non redarguendum: etenim manifeſtum eſt: quòd ille tuam non teſtetur bonitatem, virtutem ac iuſtitiam, proprio conuictus motu, ſed eius compulſus viribus, quæ tantæ ſunt vt eam negare nequeat. Hoc eſt quod Chriſtus intendit ad perfectam innocentiæ ſuæ confirmationem, eo animo ſeipſum totamque vitam ſuam hic coram omnibus exponit, in Iudices ſi deligens inimicos ſuos acerbiſſimos: *Dicebat Ieſus turbis Iudæorum & Principibus Sacerdotum: Quis ex vobis arguet me de peccato?*

1. Reg. 21. 9.

☞ 18 Ex diuino profluxit conſilio, & diſpoſitione ſuæ ſapientiæ congrua vt cum Chriſtus moriturus eſſet, & hoſtium ſuorum manibus occidẽdus eorum omnium ſententia proſcriptus, illi omnes, qui eiuſdem futuri erant auctores & executores, nec nõ mortis eius miniſtri, antequã illam decernerent & proloquerentur: examinarent perſonam, vitam, actiones, Chriſtique proceſſum, eumque ab omni peccato immunem & immaculatum pronuntiarent: ita vt eædem linguæ quæ decreturæ erant vt moreretur, prius eiuſdem innocentiæ pronuntiarent ſententiam, atque declararent, quod præmiſſo rigoroſo examine, is quem de capite ad calcem ſummo ſtudio conſideraſſent, nulli rei, ob quam moreretur, eſſet obnoxius: ex quibus clara manaret demonſtratio, eſſe mortem ei, non ob propria peccata, ſed ob noſtra infligendam.

V. Iudæi Chriſtum condemnantes eum prius innocentem declararunt;

Credo Deum ipſum per Vatem Iſaiam verbis myſticis hoc intimaſſe, quæ ſæpenumero ad rem expenderunt Apoſtolorum corriphæi D. Petr. & Paul. *Ecce mittam in fundamento Sion lapidẽ probatum, angularem pretioſum, in fundamento fundatum, &c.* Qui erigere proponit ædificium ſublime, ſecurum, & conſtans: hoc primum agit, vt lapidem iaciat fundamentalem, firmum, & immobilem, cum ex eius firmitate, tota ædificij fortitudo dependeat. Sic notauit Spiritus S. dum enim Salomon præcelſam illam templi molitur machinam vt ſapiens Architectus: *Præcepit vt tollerent lapides, lapides pretioſos in fundamentum templi, & quadrarent eos.* His conformiter expendit Chriſtus diſcrimen ſapientis ac ſtulti, in domus erectione: hic enim de fundamento parũ ſolicitus eſt principali, ille verò huic primario adlaborat, vt lapidem ponat, quo poteſt, firmiorem. *Vir ſapiens ædificat ſuper petram &c.*

Act. 4. 11. & D. Pet. 2. 9. Rom. 9. 33.

VII Chriſtus lapis eſt fundamentalis.

3. Reg. 5. 17.

Matth. 7. 24.

Erecturus erat æternus Pater Eccleſiæ præcellentiſſimum ædificium, quòd cælos ipſos penetraret, & ipſum noſtræ redemptionis adeo præclarũ, vt illi tota beatorum felicitas innitiretur. O quanta huius altitudo! O quanta opus eſt eſt fortitudine! Etenim totus illud impugnabit mundus imo & infernus omnia contra illud ſua eſt tormenta directurus. Idcirco, inquit Deus, notandum, quod fundamentum collocem ſecurum, ſolidam petram, cui innitatur: Hæc filius eius eſt vnigenitus, vt declarat Apoſt. Paul. *ædificati ſupra fundamentum Apoſtolorum & Prophetarum, ipſo ſummo angulari lapide Chriſto Ieſu, ſuper quem omnis ædificatio conſtructa creſcit in templum &c.* Qualis eſt lapis hic? Qualis tali beneficio requiritur. *Ecce mittã in fũdamentis Sion lapidem probatum, angularem pretioſum &c.* Diuinis plane nominibus Chriſti declarat excellentiam: ſed illi tantum inhæreamus, quod primò ſtatuit: *Lapidem probatum.* Quid hoc eſt: *Lapis probatus?*

Epheſ. 2. 28.

In

VII. Lapis eſt & probatus.

In hebræo, vt doctiſſimus noſter notat Forerius, nomen ponitur, quod examen notat & probationem, quam init Argentarius ſeu publicus reipublicæ monetarius, vt dignoſcat an aurum ſit purum obryſum, purgatum: vel adulterinum, ſophiſticum & apparens, varia mixtione compoſitum & præmiſſo hoc ſtricto examine illud approbat. Huius intuitu prædixit Deus ponendum in operis huius ſupremo fundamentum, lapidem probatum, examinatum & vndequaque ſummô ſtudiô conſideratum: quodque ex præmiſſo examine vt ſecurus, ſolidus, firmuſque eſſe probaretur hoc eſt *lapidem probatum.*

VIII. Probatus à Deo.

Porro difficultas oritur: qua ratione, ac veritate, hæc de Chriſto poſſunt enuntiari, cum lapis non fuerit probatus, ſed reprobatus & reiectus vt reprobus, & infirmus, multumque contrarius illi, qui ponendus eſſet in ſolidum tanti ædificij fundamentum? qua ratione nedum illum non admiſerunt Principes vt talem: imo potius eum cruci affixerunt, & vt mortis reum in ea vitam illi ademerunt: idcirco enim cecinit Dauid quod in ſe Chriſtus compleuit: *Lapidem, quem reprobauerunt ædificantes.* Et ipſe Iſaias huic conuenit. *Et cum iniquis deputatus eſt.* Nullo negotio reſpondet Apoſt. Pet. & eſt principale reſponſum: lapidem illum diuinum, ſiquidem ab hominibus fuerit reprobatus, qui paſſionibus ſuis obcæcati iudicarunt Chriſtum reum eſſe mortis, & ab hominum conſortio repellendum, approbatus tamen fuit ab ipſo Deo, qui clariſſimam dedit approbationem, quam ipſe Diuus Petrus in monte teſtis audiuit, proclamando: *Hic eſt filius meus dilectus, in quo mihi bene complacuit, ipſum audite. Lapidem ab hominibus quidem reprobatum, à Deo autem electum & honorificatum:* Teſtatur Diuus Petrus. Nemo dubitat Dei teſtimonium ſufficere. ſic D. Ioan. teſtatur: *Si teſtimonium hominum accipimus, teſtimonium Dei maius eſt, &c. quia teſtificatus eſt de filio ſuo.* Diuina eſt hæc expoſitio. Alteram nihilominus poſſemus annectere, quod Deus ſe. indicauerit, quòd lapis iſte primò quidem, vt in fundamento poneretur crucis ſolido, in qua fundatur & innititur omnis ſpes noſtra, noſtra charitas, noſtra remiſſio, noſtra gratia, totaque noſtra gloria approbandus eſſet eô modô, vt talis futura eſſet eius ſanctitas, ita paſſim cognita, & abſque vlla peccati macula, vt Deus ipſe voluerit, vt illi ipſi, qui illum inuenire cupiebant, & eum eſſent reprobaturi morti adiudicando, prius illum examinarent, & præmiſſo rigoroſo examine illum approbarent; ac reprobationem præcederet approbatio ipſorum ore proclamata: nec non conſtaret euidenter: quod illum reprobarent ab omnibus ſic approbatum vt illi ipſi, mortales eius inimici ſuis illum approbaſſent ſuffragijs.

Pſ. 117. 22. Iſa. 53. 12. Matt. 17. 5. 1. Ioan. 5. 9. ☞ 19

IX. Etiam ab ipſis inimicis.

X. Super hūc lapidem ſeptē ſunt oculi ſeptem teſtimonia ſāctitatis

Huius lapidis approbatio declarat eam quam Deus inſtitui voluit de illo toties repetito & prophetæ Zachariæ præmonſtrato. Vocauit olim Dominus Vatem Zachariam, & mirabilem illi oſtendit lapidem, quem ſtatuerat ante Sacerdotem Ieſum filium Ioſedech lapidem myſticum, ſeptem oculorum, quodam die elaborandum quodque quo die ſculperetur, omnium forent per eum mundi peccata condonata. *Ecce lapis quem dedi coram Ieſu, ſuper lapidem vnum ſeptem oculi ſunt. Ecce ego cælabo ſculpturam eius, & auferam iniquitatem terræ in die vna.* Sublime myſterium lapis adeo pretioſus vt eius ſculptura, & propter eam, totius ſint orbis peccata remittenda: Porro priuſquam ſculpendus eſt, ſeptem habet ſuper ſe oculos q. d. ſumma inſpiciendus eſt ſolicitudine, & vndequaque recognoſcendus. Etenim numerus ſeptenarius in SS. Litteris deſignat vniuerſitatem interprete D. Greg. In idem igitur coincidunt ſeptem oculi, & omnes oculi.

Zach. 3. 9.

Nihil minus opinor, numerum hunc hoc in loco Sacramento non vacare, quò Deus inſinuauit, quid in Chriſto futurum eſſet. Lapis hic diuinus elaborandus erat in paſſione ſua, ita ex omni parte; vt nihil in eius ſanctiſſima perſona foret intactum, quod ſcalprum non pateretur operarij. *A planta pedis vſque ad verticem non eſt in eo ſanitas.* Capilli contorti, & euulſi, caput ſpinis terebratum, os felle potatum, oculi obuelati: corpus flagris concitum, manus clauis perfoſſæ, pedes perforati, &c. Quia vt aliàs diximus, ſic cum Deus delinearat: *Ego cælabo ſculpturam eius.* Sic enim peccatis noſtris expediebat remittendis.

Iſa. 1. 6.

Verumtamen primo præcipit, vt eum oculi ſeptem intueantur, & vndequaque conſiderent, examinent, & attendant, quod nulla ſit macula reprobandus, atque de eo ipſo proprio ferant ore ſuffragium. Fuerunt autem omnes illi, qui condemnationi Chriſti ac reprobationi cooperati ſunt: etenim priuſquam illum reprobarent præhabita ſtricta diſcuſſione eundem communi calculo approbarunt. Primi oculi fuerunt eorum omnium, qui mundi fuerunt oculi ſummorum nimirum Sacerdotum, ac Principum. Illi namque fuerunt primi eius condemnatores: Decre-

1. Oculus eſt Principum Sacerdotum

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

uit autem Deus vt eo animo ad generale conuenientes concilium, quod die Veneris proximo celebrabitur, lapidem hunc excutiant, conſiderent, & examinent, quem inueniunt ſanum, integrum ſolidum impollutum: ſic enim cuncti pronuntiant: *Quid facimus quia hic homo multa ſigna facit &c.* A planta pedis vſque ad verticem lapidem hunc inſpiciunt, eius examinant doctrinam, greſſus, actiones, mores, vitam, nec inueniunt, niſi talem eum eſſe tantaque operari prodigia, vt ijs mundum trahat ad ſui ſequelam vniuerſum; & hac præmiſſa approbatione, concludunt eum morte plectendum, ex ſententia, quam protulit Caiphas, cui cæteri omnes ſubſcripſerunt conſiliarij non in culpæ propriæ ſupplicium, ſed ad totius populi redemptionem: *Expedit vobis vt vnus moriatur homo pro populo.* Sentenția fuit hæc, vt illo die dicendum, etiam Sanctiſſimæ Trinitatis iudicio ſubſignata.

Ioan. 11. 50

2. Eſt Herodis. Secundi oculi fuerunt impijs Regis Herodis: Cum enim Iudæi Chriſtum tradidiſſent Pilato condemnandum, dicerentque natione Galilæum illum Pilatus dimiſit ad Herodem, cuius ditioni ſubijciebatur, eo quòd Rex eſſet Galilææ & eadem tempeſtate hæreret in Ieruſalem: Et cum ita ſit quod coram illo Scribæ & Phariſæi grauiſſime inſtarent. *Stabant Principes Sacerdotum & Scribæ conſtanter accuſantes eum:* Concluſit tamen Herodes nullam in eo culpam inueniri & eum virum eſſe impollutum & innocentem.

3. Eſt Pilati. Tertij oculi fuerunt Pilati Præſidis qui Romani imperij Iudex erat conſtitutus, & in hac cauſa criminali tulit ſententiam. Attendit hic non ſemel lapidem hunc, ex qualibet eius parte, publicè & ſecretò, in prætorio & extra & nunquam in eo quidquam inuenit arguendum, & antequam verbum aliquod ad Chriſti condemnationem pronuntiaret; pluribus pronuntiauit ſententijs, eum à culpa immunem, ſanctum, prorſus innocentem: ſic enim eum audio populo proteſtantem: *Ecce ego coram vobis interrogans nullam cauſam inuenio in homine iſto ex his in quibus eum accuſatis.* q. d. Adeſtis hic eius aduerſarij, & accuſatores, coram vobis examen inſtituo vt palam ſit, veſtras me non tegere, non obfuſcare rationes, & omnibus rite perpenſis, & ſedulò diſcuſſis, nullam cauſam inuenio, & quo paſſu atque ſpiritu eum illi feruentius accuſabant, eo clarius Iudex Pilatus declarabat: *Nihil inuenio in homine iſto ex his in quibus eum accuſatis,* & tandem pronuntiare volens de Saluatoris innocentia ſententiam, non ſolum verbis, ſed operibus, lotione ſc. manuum expreſsè proteſtatus eſt & de Chriſti puritate atque innocentia publicum dedit coram populo teſtimonium.

4. Iudæ proditoris. Quarti oculi fuerunt diſcipuli proditoris qui tradidit illum: hic enim triennio illi comes conuixerat & nihil omiſerat non ſedulo conſideratum, quem cum diſtraxiſſet triginta denariorum pretio voluit vt omnes intelligeremus non hoc alicui Saluatoris ad ſcribendum culpæ, quam nullam in eo repererat, ſed ad propriæ eius auri cupiditati: ſic audiuimus eum voce publica coram Chriſti aduerſarijs proteſtantem ſuamque exonerantem priuſquam ſe laqueo præfocaret, conſcientiam: *Peccaui tradens ſanguinem iuſtum.*

420

5. Diaboli. Quinti oculi fuerunt ipſius Dæmonis Auctoris executionis paſſionis mortiſque Chriſti: vt enim vidit iam nunc executioni mandandum, quòd tantopere fieri procurarat, vt nimirum Chriſtus morte plecteretur, in ſomnis Pilati ſuſcitat vxorem, inſtigatque acriter vt nuntium marito mittat conſortem, qui dicat: *Nihil tibi & iuſto illi.* Secede ab illo, iuſtum eſſe noueris & innocentem: proinde nullam habet ad eius condemnationem tua poteſtas auctoritatem.

Matt. 27. 19.

6. Eſt latronis. Sexti fuerunt Latronis, qui ex Iudæorum malitia confixus fuit Chriſto collateralis qui ſaltem pœnis prouocatus, quas noxius patiebatur propria tibicen demerita proclamauit vt ſuo tempore dicemus, priuſquam Chriſtus moreretur, præco à tem ipſius Chriſti ſanctitatis & innocentiæ hanc toti mundo notam faciens exclamat: *Hic nihil mali fecit.* A planta pedis vſque ad verticem vndequaque hunc conſideraui, ſed nec in illo vel atomum inueni criminis vel minimam labem imperfectionis.

Luc. 23. 41.

7. Eſt Cēturionis ac militū. Septimi fuerunt plebis infidelium, quorum perſonam referebat celeberrimus ille Centurio, qui velut præfectus militumque dux adſtabat Chriſtum interficientium, quem cum diligenter vndequaque ipſe eiuſque milites conſpexiſſent, illum conſiderantes, qua patientia crucis tormenta tolerarat acerbiſſima, illaque voce exſpiraret altiſona: *Pater in manus tuas, &c.* Nedum illum confeſſi ſunt integrum vitæ ſceletiſque purum, at inſuper & filium Dei veriſſimum: *Centurio & qui eum illo erant, viſo terræ motu, & his quæ fiebant, deinde quod ſic clamans expiraſſet dixerunt verè hic homo iuſtus erat, Verè filius Dei erat iſte.*

Matt. 27. 54.

Tantam huius veritatis fieri Deus voluit atteſtationem, vt hoc tibi perſuadeas, quod pro

ſuis

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

ſuis minimè, pro tuis autem veriſſimè peccatis moriatur, atque optimè quadrare in cruce eius quem poſuit titulum Iudex Pilatus Chriſti con-
Ioan. 19. demnator: *Ieſus Nazarenus Rex Iudæorum.* Ea de cauſa moritur quia Saluator eſt mundi & vbicumque eſt, tibi mihi cunctiſque ait: *Quis ex vobis arguet me de peccato.* Eia age Chriſtiane, me tu pariter pœnis expende vndequaque circumdatum & ſi hæc indicia ſunt vera peccatorum, videamus verum illa in me reperteris, & minimè reperiens, illa in teipſo & perpende & recognoſce: Ait illi vates Zacharias: expedit enim Chriſtum in cruce poſitum hoc modo in-
XI. Apoſtrophe ad Chriſtum crucifixũ terrogare: *Quid ſunt plagæ iſtæ in medio manuum tuarum.* Vt quid Domine, has tibi imfixerunt, tu illum ſimiliter interroga: quid Domine mi caput illud noxæ commiſit, quòd illud videam ſpinis terebratum? Quid oculi iſti: quòd illos lugeam velo contectos ſordido & ſanguine coopertos? Quid lingua iſta quòd illam intuear areſcentem aceto felleque potatam? Quid manus iſtæ, quod illas doleam clauis transfixas diriſſimis? Quid corpus illud, quod illud contempler vulneribus vndequaque laceratum? Quid pedes iſti, quòd illos conſiderem vncinis horrendis perforatos? Reſpondet: *quis ex vobis arguet me de peccato?* Caput meum intuere: non enim niſi pacis reuolui cogitationes, oculi mei patulæ fuerunt feneſtræ miſericordiæ, quibus cœci contuitus ſum miſeriam, & populi calamitatem qui fame in deſerto languebat triduana: lingua mea Spiritus Sancti organum fuit, quâ cæleſtia & gloriæ plebi doctor propoſui myſteria: Quam ſi moui, eam moui illa intentione vt leproſis impertiret munditiem, claudicantibus agilitatem, infirmis ſalutem, vitamque mortuis: Manus meæ riui fuerunt, de quibus omnes gratiæ cunctaque dona profluebant: *Quis ex vobis arguet me de peccato?* In propatulo eſt, quòd cùm in me nihil ſit arguendum, habeas in te quòd reprehendas: Etenim tua ſunt illa peccata, tua illa ſuperbia ob quam acuta in capite dumeta ſpinaſque patior. Tua illa auaritia, ob quam manus mihi perforantur. Tua illa luxuria, ob quam mihi tota caro flagris aperitur: Tua illa acedia, ob quam mihi pedes clauis transfodiuntur: Tu teipſum, O Chriſtiane redargue, & Chriſtum intuitus pœnis attritum, culpas in teipſo reus agnoſce.

Hoc erat illud pietatis exercitium, quod no-
Iob 13. 65. bis ſanctiſſimis Iob indicauit, interprete Doctore morali: *Verumtamen vias meas in conſpectu eius arguam & ipſe erit Saluator meus.* O quam iuſtè de peccato teipſum argueres Chriſto pro- L. 11. moliolutus crucifixo: *Vias meas in conſpectu eius* ral. c. 19. *arguam.* Hic licebit intueri, quales ſint faſtus & 20. tui ſuperbi, ventorumque tumores tui capitis ambitioſiſſimi, quandoquidem pro illis tales ſpinæ tolerentur: Hic etiam conſiderabis ingluuiem, cum pro illa ipſa Chriſtus os habeat aceto felleque amaricatum: Hic tuas ſpectabis, auaræ, cupiditates, quibus acriter nimis impulſus heu pauperum ſanguinem imbibiſti, hic obſeratas manus tuas ad reſtitutionem & eleëmoſynarum liberalitatem in manibus iſtis transfixis. Hæc omnia eo tendunt, vt ipſe te ſaluet in perpetuum. *Et ipſe Saluator meus.* Agnoſce, quid tua ſint peccata, perpende quantum Deo tenearis, conſidera quam ſit hoc ex ratione, vt nouis ſceleribus immenſos eius non augeas triteſque cruciatus.

§. 7. *Erat ſimiliter hæc ratificatio neceſſaria eius vt eſſet mors glorioſa, complens illud* Iudica me Deus.

EX prædictis ſublime admodum & profun- 21
dum aperitur hic myſterium: cur Dominus vitam ſuam coram tribunali proponat arguendam, & manifeſtam velit innocentiæ ſuæ dare rationem, vt pateat ab omni ſe peccatorum genere eſſe liberrimum. Quo fine, I.
Domine mi, hoc agis? An forſitan quòd præ- Nõ facit
ſcias tibi mortem ab illis intentari, vt à pro- Chriſtus
poſito deſiſtant ſacrilego, dum illis oſtenderis verificatio
te culpæ nulli eſſe obnoxium? Apud nos, nem vt
quotquot coram Iudice ſeipſos exonerant, & mortem
proceſſus in ſui præconium inſtituunt, ea fa- euadat.
ciunt intentione, vt pœnis omnibus eripiantur, cùm illæ non niſi reis criminum infligantur. Eo collimauit Dauid in quadam verificatione, quàm ſocero ſuo Regi Sauli manifeſtam propoſuit vitæ ſuæ inſidiatori nequiſſimo. *Animaduerte & vide, quoniam non eſt in manu* 2. Reg. 24.
mea malum, neque iniquitas, neque peccaui in 12.
te.

Similiter ſicut mens eſt partis ſiue fiſci, ſeu procuratoris contra reum, culpam illi probare, vt eum debita plectat pœna, ita è contrario hoc primario reus intendit, vt à pœna ſe reddat immunem, atque ad hoc, ſe nullam commiſiſſe culpam probare contendit. An ergò, Domine mi, teipſum à morte

 ſtudes

ſtudes præſeruare, quam illi tibi machinantur, illa exoneratione, quam in eorum concilio proponis, oſtendens te in eorum oculis nullum contraxiſſe peccatum? An forſitan vitam tibi conaris reddere tutiorem clariſſima iſta teſtificatione, quod ea ſancta ſit & immaculata? Certè nequaquam: Imo vero oppoſitum: quod enim intenditur & ad mundi ſalutem eſt neceſſarium, vita eſt ab omni macula puriſſima, vt illa in mortem tradatur: quocirca quantò patebat euidentiùs, talem eſſe Chriſti vitam, tantò liquidiùs erit, eam ipſam eſſe, quæ tradi in mortem offerri debeat & immolari.

II. Imo vt ipſe tanquã innocens moreretur.

III. Probatur ex agno immaculato, ſimiliter & vacca.

Vacca rufa in peccatorum populi remiſſionem offerenda, immaculata eſſe debebat, & ab omni labe impolluta. Quocirca quando quædam offerebatur inquirenda, an ſana eſſet, vetulta, robuſta, & ſine macula, non ea fiebat hoc intentione, vt ab inſtanti morte liberaretur, ſed vt occiſa immolaretur, & quantò hoc probabatur euidentius, tanto concludebatur conſtantiùs eam eſſe ſacrificio maxime opportunam. Inſtituit Deus ad liberationem filiorum Iſrael de ſeruitute Ægyptiaca & poteſtate Pharaonica, vt illi agnus offerretur cuius ſanguine domorum poſtes oblinirentur. Veruntamen hoc ſeruandum, vt ille ſit non qualiſcumque ſed particularibus commendatus conditionibus: *Erit agnus ſine macula, maſculus, anniculus, &c.* Non ſit femina: Sunt enim hæ infirmiores; ſed maſculus, robuſtus, vigoroſus, & primo diſcutiatur, ne in corpore ſuo vllam habeat maculam. Quapropter agnum exponi diſcutiendum, an illis omnibus niteat qualitatibus, non eius à morte ſeruiebat ereptioni, ſed potius traditioni: & ille, qui cæteris probabatur eſſe fortior, ſanior, ab omni macula purior, ille tantò certiùs ſacrificio mortique dedicabatur. Ea intentione ſtrictum hoc Chriſtus de ſua puritate tribunal ingreditur, probatque ab omni ſe culpa prorſus alienum, non mortem fugiens, ſed quatenus demonſtraret, ſe ſolum eſſe eum, qui pati debebat, & in mortem tradi pro populi ſui totiuſque mundi liberate.

Exo. 12. 5.

1. Pet. 1. 18. Hoc ſpectat Apoſtol. Petrus, dum ait: *Scientes quod non corruptilibus auro, vel argento redempti eſtis, &c. Sed pretioſo ſanguine, quaſi agni immaculati Chriſti, & incontaminati præcogniti quidem ante mundi conſtitutionem, manifeſtati autem nouiſſimis temporibus.* Non fuerunt liberati nec redempti filij Iſrael de captiuitate, & ſeruitute Pharaonica auro, vel argento, ſed agni ſanguine immolati: nec vos à Dæmonis poteſtate, niſi eius ſanguine, quem agnus hic figurauit immaculatus. *Quaſi agni immaculati.*

IV. Cur Agnus debet eſſe maſculus, & tamen ruſa vacca non bos maſculus. Loc. cit.

Debebat hic eſſe agnus non agna, vt enim figuram inſtituens vaccæ rufæ noluit vt bos eſſet maſculus, ſed vacca: Vt ſignificaretur ex mente D. Auguſtin. & D. Thom. locis ſupra citatis, infirmitas Chriſti, ſecundum carnem: ita & hic hoc ſacrificium inſtituit, vt agnus ſit maſculus, qui virilem Chriſti, ſecundum diuinitatem, præſeret notaretque fortitudinem. Vlteriùs eſſe debebat *agnus ſine macula*: talis fuit & Chriſtus. *Agni immaculati, & incontaminati.* Hic ait Diuus Petrus eſt ille, qui ante omnia ſæcula ab æterno fuit Patre præcognitus. *Præcognitus quidem ante mundi conſtitutionem, manifeſtati autem in nouiſſimis temporibus:* Etenim ad vltimum vitæ ſuæ terminum iam hora imminente ſacrificij, ſeipſum manifeſtauit, probauitque agnum illum eſſe, ſine macula, quem Pater prædeſtinauerat immolandum. Hoc hodie prætendit, ſuam probans innocentiam quòd ipſe ſit agnus ille immaculatus; proinde ipſe ſit opportunus maximè & aptus ſacrificio, quod in redemptionem, hominumque litandum eſt libertatem.

Hoc Dominus (teſte D. Cyrill.) indicauit, quando iam ſacrificio altaris ſeu crucis proximus Patri dixit cæleſti: *Pro eis ego ſanctifico meipſum.* *Ioa. 17. 19.* In ſacra ſcriptura ille dicitur ſanctificare ſeipſum, qui ſe Deo offert. Illa phraſi vtitur Salomon Doctore Spiritu Sancto, vt antequam ſeipſum homo vel aliud quidpiam conſecret, aut dedicet aut de eo votum emittat, attendat diligenter & ſedulo recogitet, ne forte poſt modum promiſſi pœnitens, & Deo dedicatum non offerens, æternæ acquirat laqueum damnationis: *Ruina eſt homini, &c.* Sic habet noſtra lectio, quod alij ex Hebræo ſic tranſferunt: *Laqueus eſt homini cito aliquid de rebus ſuis ſanctificare.* Venerabilis autem Beda notat ex antiqua lectione Septuaginta ſic ſcribi; *Muſcipula eſt viro citatè aliquid de ſuis conſecrare, poſtea autem quam votum fecit, pœnitentiam agit.* Hoc igitur verbis Saluator indicat: *pro eis ego ſanctifico meipſum.* Pater mi, ego meipſum in mortis offerro ſacrificium perfectè & præciſè in criminum eorum expiationem, cum propria nulla habeam, in quorum ſupplicium mortem, quæ me manet, patiar crimi-noſus.

V. Quid ſit ſãctificare ſeipſũ.

Prou. 20. 25. Vide Ianſ. in hũc loc.

Plus

Plus quam à mille annis hanc Dei filius Chri-
ſtus Dominus à Patre petierat verificationem ore
Dauidico in magnifico illo Pſalmo, quo commu-
22 niter miſſæ ſacrificium inchoamus, in quo ex-
preſſa ſit paſſionis mortiſque Chriſti repræſen-
tatio, quem hodie Eccleſia adducit: & legendum
ſtatuit ad Introitum: *Iudica me Deus & diſcer-
ne cauſam meam de gente non ſancta* D. Dydimus
Pſ. 42. 1. & Origenes in catena græca in Pſalmos arbi-
VI. trantur quòd ad litteram de Chriſto Dauid
Pſalmus loquatur, iam paſſionem ſuam exorſuro. Et D.
hic de Ambroſ. refert hanc eſſe plurimum Doctorum
Chriſto opinionem, hunc Pſalmum compoſitum contra
loquitur. Iudæorum arrogantiam, & calumnias quibus
*In Cale. Chriſtum impugnarunt. D. Auguſt. illum valde
Gra. impſ.* ſubtiliter noſtro congruè propoſito conſiderat.
*In Pſ. 34. Hoc vno ſibi triūphum Iudæi de Chriſto patratū
& 68. & perſuadebant, & hoc vnum objciebant, ne Chri-
Eph. 50.* ſtum vt Meſſiam acceptarent, quòd eorum ma-
Ad Boni- nibus vitam fuderit in cruce medius inter duos
facium latrones, quaſi malitia cæteris anteſignanus. Hoc
Comite & ipſum aſſumebant ſibi Gentiles; vt fidei Euange-
Serm. 76. lium exploderent, quod docet vt pro Deo homo
ex diuer- ille adoretur, quem homines in cruce grauiſſimis
ſis. occiderunt cruciatibus, & quiuitam morte ter-
VII. minarit, quâ nulla ignominioſior. Finis hominis
Cur Iu- eius gloria vel ignominia, & ſicut mors, ſi hone-
dæi & ſta ſit, ad honorandum vitam ſufficit, licet illa
gentes fuerit imperfectionibus vitijſque conſpurcata. Sic
Chriſtū & mors abiecta & ignominioſa ſufficit, vt vitam
non re- dedecoret, licet ante conſpicuam. Et quæ mors
ceperint. eſſe poteſt ignominioſior, quàm patibuli, in quo
Saluator noſter expirauit? Hoc erat Iudæorum
offendiculum, hic lapis offenſionis. An ergo pro
Deo nobis acceptandus eſt homo quidam mani-
bus noſtris interemptus? Hoc idem Gentiles vt
anilem fabulam iocumque ſubſannabant; an ergo
nobis colendus eſt vt cæli Deus, quidam quem in
terra Iudæi crucifixerunt? Hoc erat quod tyran-
ni feris immaniores martyribus exprobrabant, &
iam Diuus Paulus dixerat expertos fuiſſe ipſos
Apoſtolos, dum Chriſti Euangelium per orbem
annuntiabant: *Nos prædicamus Chriſtum cruci-
fixum, Iudæis quidem ſcandalum, Gentibus autem
ſtultitiam.*

1. Cor. 1. Ned notandum, inquit Apoſt. quod hic lateat
Dei virtus omnipotentia, & ſapienta: *Ipſis autem*
VIII. *vocatis, Dei virtutem, & Dei ſapientiam.* Parum
Quæ ſapitis (ait D. Aug. Iudæis atque gentilibus) quid
mors bo- ſit crucis myſterium. Vt iudicium feratur rectum
na quæ de morte, num bona ſit, an mala, non eſt illa in ſe
mala ſit. conſideranda, nec id, quod quis in ea patitur, ſed
cauſa eius venit attendenda, quæ in quantum fue-
rit bona, vel mala, honorabilis vel ignominioſa,
tantum erit & mors quæ propter illam ſuſti-
netur. Quando reus ob culpam morte damnatur
eſt mors illa ignominioſa tantoque magis, quāto
fuerunt eius crimina grauiora: ſed quando quis
iuſta bonaque de cauſa moritur, mors eſt tantò
honorabilior quantò cauſa nobilior. Abiecta mors
ea eſt, dum quis per Iudicem ſententiam ſubit
capitalem: quia forſan hominem proditoriè in-
teremit: verùm multò vilior, quando contra ſta-
tum regni, vel reipublicæ infamem machina-
tus eſt proditionem. Eo modo videtis, quàm ſit
illa mors indecora, quam quis patitur ob apoſta-
ſiam, relapſumque, & pertinaciam contra fidem:
deinde dum ignibus traditur criminis reus be-
ſtialitatis. Veruntamen decora nimis eſt eius illa
mors, qui gladijs & haſtis ſeſe obtulit occiden-
dum inimicorum, vt illis in vrbem ingreſſum pro-
hiberet, & eius ſimiliter qui pro reipublicæ be-
neficio & ſalute fortis occubuit.

Nulli rei conati ſunt ſic eloquentiæ ſuæ vires
impendere & dedicare Homerus, Virgilius, Luca- *Vid. Lud.*
nus alijque plures Poetæ Hiſtoriographi quàm *Gran. in*
vt extollerent robur, inſignemque eorum fortitu- *Symbo. p.*
tudinem, qui ſiue pro patria, ſiue pro virtute, ſeſe
periculis imperterriti obtulere manifeſtis. Voluit *3. Dial. 4.*
Plato & decreuit, vt illi, qui pro patria moreren-
tur heroum titulo potirētur, id eſt diuini quidam
homines nominarentur. Non ſibi temperarunt IX.
Oratores Romani, nominatim autem Cicero à Extolli-
celebrando mortē Marci Attilij Reguli Romani tur mors
Conſulis, qui cum varijs conflictibus Cartha- Marci
gienſibus euaſiſſet ſuperior tandem in eorum Attilij
manus cecidit ſuperatus, cui cum licentiam de- Reguli.
diſſent reuertendi Romam: quatenus in ſui ipſius *L. 3. Offic.*
litrum ſeu commutationem, illis Romani quoſ-
dam duces Carthaginenſes captiuos reſtituerent,
quibus à captiuitate ſolutis, ipſe Romæ liber re-
maneret, ſin autem Carthaginem reuerteretur,
vbi morte in eum animaduerterent; appulit ille
Romam, & cum ſenatus iudicaret hanc fieri per-
mutationem, obſtitit ille pertinaciter, euidenter
probans, hoc in Romanæ reipublicæ non cōtem-
nendum vergere detrimentum: Quodque ipſe eò
ſolum acceſſiſſet, vt conſilium illis daret conue-
nientiſſimum, & hac ſponſione vt Carthaginem
remearet, quatenus promiſſo illis dato verboque
ſuo ſtaret fideliſſimus, licet præſciret, quod re-
uerſum morte damnarent acerbiori: ſicut factum
fuiſſe narrant hiſtoriæ. Itaque non timore mortis
perterritus omiſit hoc ſenatui conſulere, quod

Patriæ ſuæ Romæ conueniebat vtilitati, nec datam voluit fidem fallare, verbumque iuratum tranſgredi Carthaginenſibus. Prodit hic Cicero cunctique cùm illo artis oratoriæ Profeſſores & Romanæ vela dant eloquentiæ, tot in hoc caſu præclaras expendentes & exaggerantes circumſtantias, vt iudicarint populo Romano congruas non eſſe vires, vt debito mortem hanc adeo glorioſam honore proſequerentur. Quàm non omni nomine decoram mortem celebrarunt Lucretiæ, quæ in ſignum acceptæ per adulterium iniuriæ, ſeipſam interemerat, hoc ſibi perſuadēs, illam nō debere ſuperuiuere mulierem adeo probroſo dedecore contaminatam, cùm ita ſit quod ſi noxium fuerit eius adulterium, tanti fuerit & mors eius culpabilior.

X. Et Lucretiæ.

Vt autem Sacræ paginæ limites nō tranſiliamus quæ mors eſſe potuit infamior illâ, quam paſſus eſt Abſalon, nempe ob intentam Patri ſuo, indignam filio rebellionem? Et quàm dederis mihi mortem honorabiliorem, quàm illa fuiſſet Iſaac, ſi reipſâ Pater ei caput abſcidiſſet, cùm illam ſuſtineret vt Patri Deoque promptus obediret? Quo non feruore ſpiritus extollit Eccleſia mortem nobiliſſimi Eleazari, in quem cùm impiiſſimus Rex Antiochus ſententiam pronuntiaſſet, vt vel de cibis Dei decreto prohibitis guſtaret, vel mortis tormenta ſuſtineret, diros potius elegit ſubire cruciatus, quàm vel in minimo Dei ſtatuta præuaricari: *At ille glorioſiſſimam, mortem magis quam odibilem vitam complectens, voluntariè præibat ad ſupplicium.* Notanda ſunt hæc verba: *Glorioſiſſimam mortem*: an in ſuperlatiuo gradu illam appellas, quæ ab ipſo iudice per abiectos vileſque infertur carnifices, homini ſtemmate nobiliſſimo, & ætatis canitie venerando? ſic appello: quia talis fuit & cauſa quia non poteſt eſſe glorioſior, quàm pro diuinæ legis obſeruantia vitam profundere homini chariſſimā. Ex illis habemus reſponſum hoc adeo ſolemne Socratis, illius inquam, quem Apollinis oraculum, vt omnium Philoſophorum Athenienſium primarium canonizauit: cùm enim ita vitam ſuam inſtituiſſet, vt teſtatur Cicero: *Cum omnium ſapientiſſimus eſſet, beatiſſimèque vixiſſet* (ſanctitatem hic intellige more Gentilium) ad mortem damnatus fuit, quam cum ei inferre voluiſſent carnifices, accurrit vxor, mare lacrymarum & gemituum, exclamans. Heu, heu! mihi coniux amantiſſime, quis fieri poſſe credat, mortem tibi inferri infauſtam adeo & vt pœnam capitis luas innoxius? O mulierum ſtultiſſima, reſpondet ille, an ergò me vis noxium? Hæc foret, ita hæc foret mors

2. Mach. 6, 19.

XII. Similiter Eleazari, ac Socratis.

L. 2. de orat.

ignominioſa. Talis itaque cenſenda mors eſt, qualis fuerit eius cauſa, etenim culpabilis & noxia, mortem reddit infamem, bona verò & iuſta, mortem extollit redditque glorioſam.

Cùm igitur Christus decreuerit crucis mortem perpeti, à Patre cæleſti efflagitat, vt iudicium decernatur rigoſorum, & præmiſſo examine prius eius cauſa mortis inquiratur. *Iudica me Deus, & diſcerne cauſam meam in an de gente non ſancta.* Non poſtulat inquit D Aug. *diſcerne pœnam meam.* Sed cauſam meam non enim pœna mortem efficit bonam vel malam, ſed ratio cauſaque moriendi. In hac doctrina fundatur illa ſententia D. Cypr. quam etiam expendit D. Greg. *Martyrem non facit pœna ſed cauſa.* Hoc errore labebantur (teſte D. Aug.) Hæretici Donatiſtæ, qui quoſlibet per Iudicis ſententiam condemnatos in album referebant martyrum, qui forti conſtantique animo mortem & tormenta pertuliſſent. Amentiā hoc ſapit non paruam: non enim abſolutè Chriſtus dixit beatos illos, qui patiūtur ſed: *Beati qui patiuntur propter iuſtitiam.* Virtutem & ſanctitatem: quales fuerunt inuictiſſimi martyres. Hoc enim eſt quòd cōmuni prouerbio dicebat hortatus Chriſtianos D. Pet. *Nemo veſtrū patiatur vt homicida, aut fur aut maledicus, aut alienorū appetitor, ſi autem vt Chriſtianus non erubeſcat, glorificat autem Deū in iſto nomine.* Iudicate vos, vt infames, quādo vel ob latrociniū, vel homicidiū, vel maledicētiam pœnas luitis iuſtiſſimas, ſi verò fidei Chriſtianæ agitur cauſa, vel Dei honor, vel protectio virtutis, in hoc gloriamini, illudque armorum veſtrorū ſcutis & ancilibus inſcribite: hoc enim in ipſis martyribus ſpectamus eſſe glorioſum. An eſſe mors poteſt glorioſior, quam illa D. Petri in cruce, D. Stephani inter lapides D. Laur. in ardenti craticula, D. Ignatij inter Leones? Hæc eſt eorum gloria atque ex his trophea ſtatuūt glorioſa, ſuiſq; hæc inſcribunt armorum inſignibus. Si pœnas conſideres, ſimiles ſunt martyres malefactoribus; verumtamen cùm pœna ſit eadē, audi (ſic D. Aug.) quid ſinguli eorum dicant. *Iudica me Deus & diſcerne cauſam meā de gente non ſancta, Laus eſt in cauſa bonitate, non in pœna acerbitate.* Si hoc expoſtularint martyres, quanto meliori iure hoc peteret ipſe martyrū omnium anteſignanus Chriſtus Dñs. Iam tempus inſtabat mortis, iam hora vrgebat quā comprehēderetur, flagellis cæderetur, colaphis illuderetur, ſpinis coronaretur, in cruce moreretur. Sit ita, Pater mi, quandoquidem ad hoc venerim, ſitque hæc tua voluntas ſanctiſſima; verumtamen hoc primum agatur, cauſa mea diſcernatur, & mortis meæ

Pſal. 42.

XIII. Error Donatiſtarum refellitur *In Pſ. 34. L. 2. ep. 56.*

Matt. 5. 10. 1. Pet. 4. 15.

XIV. Martyrē non pœna ſed cauſa facit.

D. Aug. *Tom. 8.*

ratiô

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

XV. Cur Chriſtus tantopere petierit hanc fieri inquiſitionem.

ratiò iuſta diſcutiatur.

L. de op. Card. Chriſti c. de Paſſ.

Hoc primò omnium vrgebat Chriſtus (vt ait D. Cypr.) Non vt illi dolores pœnæque temperarentur, non vt doloribus paſſionis eriperetur, ſed vt eorum cauſa ratificaretur. *Tu de morte non agis, de opprobrijs non contendis, ſed hoc vis intelligi, quæ ſit cauſa mortis, quis quæſtus, vt vtraque re cognita peccatum appareat & gratia.* Hoc requirit hoc cõtendit, hoc apud Patrem agit cæleſtem: *Iudica me Deus & diſcerne cauſam meam de gente non ſancta.* Præuiderat Dominus hic (vt D. Aug. credimus) quòd in pœnis & tormentis cum eſſent latronibus totius mundi nequiſſimis comparaturi, illudque in ſeipſo Iſaiæ vaticinium implendum: *Et cum iniquis reputatus eſt.* Quod cum medium inter duos latrones eſſent crucifixuri ita

Iſai 43.12 vt ſi pœnam conſideres eandem in ipſo quam in illis inuenias: Vnde ſic vnus alter: *Tu in eadem damnatione es.* Diſcernatur cauſa tormentorum,

Luc. 23. 40. mortis ratio & vita diſcutiatur, omneſque nouerint cur moriatur: *Diſcerne cauſam meam de gente non ſancta.* Pater autem cæleſtis iuſtæ huic filij ſui annuens petitioni, diſpoſuit, vt ſæpenumero verificatio inſtitueretur mortis cauſæ Saluatoris. Hoc in paſſione Chriſti planè fuit admirandum: Nihil enim tanto ſtudio conati ſunt Iudæi, quàm

XVI. Noluerunt Iudæi Chriſti cauſam agitari.

vt cauſa minimè diſcuteretur, cumque Pilatus condemnaret nulla præmiſſa eiuſdem inquiſitione, illique hoc ſufficeret, quòd eos videret, qui illum condemnandum offerrebant, vt mortis reum vtrumque malefactorem. Idcirco grauiſſimè tulerunt & quaſi iniuria violati perturbantur, dum obleto illi Saluatore noſtro, vtique condemnando ab illis requiſiuit, vt rationem proferrent; & quiſnam eſſet proceſſus, quem illi intentabant:

Ioan. 18. 29. *Quam accuſationem affertis aduerſus hominem hunc?* Vnde Pilato reſponderunt quaſi grauiter vlcerati, ob leuem nimis quam de illis habebat opinionem dicebantque ſi non eſſet hic malefactor non tibi tradidiſſemus eum. q. d. viri ſumus vt ſcientiâ, ita conſcientiâ præſtantiſſimi, nec de nobis hoc ſuſpicandum quòd hominem morti adiudicandum tibi Præſidi traderemus, ſi omnium calculo mortem non eſſet meritus, velut homo flagitioſiſſimus. Verumenimuero ſic ordinat Deus vt Pilatus eandem vrgeat petitionem velitque Chriſti cauſam ventilari, & auditis omnibus in eius grauamẽ adductis, determinet proclametque non ſemel: *Nullam cauſam inuenio in homine iſto ex his in quibus eum accuſatis:* & cum iam ſæpius tribunal celebraſſet, tandem ſuam his verbis cõſcientiam exonerat. *Innocens ego ſum à ſanguine iuſti huius.*

XVII. Pilatus tamen eum innocentem proteſtatur.

Ser. 118. de temp. Ser. 49.

Attendenda, cum D. Aug. prout & prius aduerterat D. Ambr. horum verborum efficacia: ſi namque recordetis cauſæ Suſannæ, fuerunt hæc eadẽ quibus ex rigore iuſtitiæ declarauit Daniel huius mulieris honeſtiſſimam innocentiã: Et quãdo iam patebat proceſſum illorum perfidorũ & ganeonum Iudicum ſeniorum populi, propoſitum contra eius honeſtatẽ, peruerſam eſſe machinationem, eò quòd inhoneſtis eorum conſentire pudica noluerat appetitibus: ſic exclamat. *Mundus ego ſum à ſanguine huius.* Sic Pilato manifeſtum fuit, quæcumq; contra Chriſti vitam ab illis principibus Sacerdotũ doctoribus toteq; populo Iudæorum obijciebantur, ex animo prodire peruerſiſſimo: quod & ipſum D. Euang. non tacuit ſubijciens: *Sciebat enim quod per inuidiã tradidiſſent eum.* Et hoc Pilatus tanta aſſeruit conſtantia, vt quatenus omnes illos de hoc redderet certiores; nedum illi ſatis fuerit dicere, ſicut dicimus inter nos, quando in quodã negotio non conuenimus: Quantũ ad hoc lauo manus meas. Inſuper & de facto aquam iuſſit proferri & coram populo ſibi

Matt. 27. 24. lauit manus publicè proteſtatus: *Innocens ego ſum à ſanguine iuſti huius, vos videritis.* Eadẽ conteſtatione mortem indignã euaſit pudiciſſima Suſanna, dignamq; mortem incurrerunt periuri illi Iudices & accuſatores, hanc enim eo animo protulit Daniel atteſtationem, vt illa liberatã à pœnis abſoluta vindicaretur quæ nullam falſi criminis culpam incurrerat. *Et liberatus eſt à ſanguis ille innoxius in die illa* Veruntamen Chriſtus facta hac verificatione condemnatur, & lingua illa quæ primo certam protulerat ſententiam, quòd ab omni eſſet ſcelere innoxius, ea ipſa eſt, quæ poſt illam immediatè eum morti adiudicat. Quia ad hoc hæc fiebat atteſtatio, vt intelligeretur, & huius mortis cauſa omnibus innoteſceret, ea nempè, quòd vita ipſius ſancta eſſet & immaculata, eiuſq; ſanguis purus & impollutus. Peracta Daniel ſua conteſtatione accuſatam falſi criminis liberat innocentem, & periuros condemnat accuſatores. Pilatus peracta ratificatione innocentiæ Chriſti, liberos denuntiat accuſatores inuidia, peruerſitate, doliſque nequiſſimos, & Chriſtum probatum innocentem morti addicit ignominioſæ. Hacque de cauſa cælum hanc decernit verificationem. *Diſcerne cauſam meam.* Illud autem contingit, quod notarunt Euangeliſtæ nimirum quòd crucifixo Domino voluerit Pilatus, omnibus annuentibus, vt ſummitati crucis eius cauſa mortis affigeretur. *Poſuerunt ſuper caput eius cauſam ipſius ſcriptam. Hic eſt Rex Iudæorum*, vel vt D. Ioann. *Ieſus Nazarenus Rex Iudæorum.* Hic eſt

XVIII. Eadẽ conteſtatione per Danielem Suſanna liberatur. Dan. 13. 46.

Matt. 27. 37.

Ieſus

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Ieſus ô ſublime myſterium! Pilate numquid voce publica proteſtatus es, & dicti tui pertinax vltimam hanc dediſti concluſionem: *nullam cauſam inuenio in homine iſto?* Quomodo ergo nunc cauſam inueniſti, illamque omnibus linguis Hebraica Græca & Latina exaratam protuliſti, vt eam nulla gens orbis ignoraret? ſic eſt, nullam mortis ipſius ſubeſſe rationem ex ijs in quibus illum reum ſiſtebant: Vnde non ſolum dixi: *Nullam inuenio cauſam in homine iſto*, ſed inſuper addixi: *ex his in quibus eum accuſatis.* Verumtamen habet ſuam hæc mors rationem: quamuis enim Pilatus eam in hoc quod dixit non intellexerit, cæleſte tamen decretum eſt vt neſcius quid diceret eindem cauſam legitimam iudicaret, dicendo: quia Ieſus eſt, id eſt Saluator: hæc enim cauſa primaria decernitur, quare moriatur vt ſc. redimat mundum, hominem Deo reconciliet, cælos aperiat, maculas culpaſq; eabluat, diuinam temperet iram, mortem occidat, vitamque reſuſcitet.

XIX. Tituli ratio perpenditur.

XX. Nulla mors Christi morte glorioſior. *Serm de cruce & paſſ. Dom.*

Ex præfatis elicit D. Athan. Quod nec fuerit nec mors eſſe potuerit glorioſior, atque honorabilior ea, quàm Chriſtus pertulit. Quia ſi mortis gloria pendet à cauſa, nec fuit nec eſſe potuit cauſa illuſtrior, quàm ea quæ fuit mortis Saluatoris. Etenim ſi mors illius ſit decora, qui pro Patriæ libertate defunctus eſt; alterius autem, quia vt amicos ſuos defenderet propriam expoſuit vitam; ſi huius quia mortuus eſt vt defenſor virtutis acerrimus; Et illius eo quòd in prælio belluam illam populo ſuo infeſtam nimis occiderit. Chriſtus his omnibus ex cauſis alijſque infinitis mortuus eſt, quæ fuerunt adeo præcellentes vt ſupremorum Seraphin intellectus nequeant profundum hoc pro merito penetrare. Quam ob cauſam paſſus eſt mortuuſque Saluator? hoc tibi exponet Iſaias. Quod cum hic ſolus & vnicus inter Adæ filios nullâ eſſet maculâ conſperſus, paſſus eſt vt omnium noſtrorum ſcelerum debita perſolueret: Ita vt non ſolum paſſus ſit in ſalutem & patriæ ſuæ libertatem, ſed pro totius mundi libertate nationum, idque omnium ſæculorum præteritorum, præſentium, atq; futurorum. Paſſus eſt ad gloriam & ex æterni Patris obedientia: paſſus eſt quia virtutem prædicauit, quia vitia & ſcelera quæ fiebant reprehendebat, vt nos de Satanæ tyrannide liberaret, vt nos à tartaro redimeret, vt nobis ius ad cælum largiretur, vt nos Dei filios per gratiam crearet legitimos: vt delapſam noſtram naturam ad altitudinem eueheret Seraphinorum.

Tu Iudex eſto, num aliquid dari poſſit excellentius, ſanctius, melius, glorioſius, & hæc cauſa eſt mortis Chriſti: quinimo idcirco Apoſtol. (teſte D. Athan.) in ſola hac cruce gloriabatur: *Mihi abſit gloriari niſi in cruce Domini noſtri Ieſu Chriſti. Si cauſam diſcamus* (audi D. Athan.) *& quam obrem paſſus fuerit vnigenitus Dei filius conſideremus, non tam erubeſcemus, ſed mirabimur bonitatem humanitatemque eius, & gloriabimur nos quoque quemadmodum Paulus in cruce.* Sed quomodo Apoſtole ſanctiſſime hac de cruce gloriaris? quid enim crux, niſi patibulum latronum ignominioſum? Quid crux, niſi quid adeo deteſtandum, vt Deus populo ſuo decreuerit, vt ſi quem in cruce ſuſpenſum vidiſſent hunc maledictum eſſe iudicarent: *Maledictus omnis qui pendet in ligno.* Tibi conſentio ſi ſolam ſpectaueris pœnam, ſed cauſam precor attende & eam intelliges ob quam ego & omnes in Chriſti Domini cruce ex toto corde gloriemur: *In quo eſt ſalus, vita & reſurrectio noſtra per quem ſaluati & liberati ſumus.*

XXI. Quocirca tantopere in cruce gloriabatur D. Paulus. *Gal. 6. 14.* D. ATHA. *Deut. 21. 23.* *Gal. 3. 13.*

Hoc Dominus noſter optimè prænotauit (ſic D. Aug.) quodque Iudæi eum eſſent habituri opprobrio & contemptui obijcientes, quod quandoquidem eum viderent in cruce morientem vt maledictum à Deo & reprobum deberet æſtimare: Deinde & fideles omnes cachinnis, ſcilicet eſſent excepturi quòd quempiam vt Deum glorioſum adorarent, qui mortuus erat, patibulo crucifixus: Idcirco hoc apud Patrem vrget inſtanter, vt hæc cauſæ, propter quam moritur, ſedula fiat inquiſitio: quatenus per illam poſſemus nedum reſpondere, ſed etiam refutare & execrari iniquitatem, quam commiſerunt, dum cruci confixerunt virum talem, quem ſcirent illi ipſi non ſolum ab omni crimine immunem, ſed ipſam eſſe ſanctitatem ipſamq; innocentiam, Hoc ipſe poſtulat (ex mente D. Aug.) dum ait: *Intende iudicio meo Deus meus, & Dominus meus in cauſam meam, & non ſupergaudeant mihi.* Hoc D. Laur. perfidis reſpondebat Iudæis irridentibus, quod hominem adoraret crucifixum. Non contradico hominem adoro crucifixum, ſed cauſam perpende. *In quo eſt ſalus, vita &c.* Hæc eſt illa cauſa quæ mortem reddit glorioſiſſimam. Proponit Ægeas tyrannus infidelis D. Andr. Apoſt. vt quid indecorum, hominem adorare crucis à Iudæis mulctatum ſupplicio. Cui ſic And. vtinam tu, ô Præfecte, caperes crucis huius myſterium vtinam inueſtigares vel noſſe deſiderares huius rationem mortis, quam clarè perciperes nedum non eſſe ignominioſam, ſed quàm maximè glorioſam. Hoc igitur eſt, Chriſti Saluatoris inten-

25. de Temp. Loc. cit. *Pſ. 34. 23.*

XXI. Similiter Andreas crucem extollebat.

tum, & quod huius innocentiæ ſuæ iuridica fieret inquiſitio, quatenus ſicut de vacca rufa fiebat pro peccatis populi ſacrificanda, & de agno pro populi libertate immolando, ſic & illa de ſe ab omni peccato immunitate fieret, vt ſe crucis ſacrificio conſecraret immolandum: quocirca poſtquam dixerat: *Iudica me Deus & diſcerne cauſam meam &c.* Continuò ſubiungit: *Et introibo ad altare Dei.* Quod eſt hoc altare? Quod aliud eſſe debebat (quærit D. Chryſoſto.) [D.Chr.] quam ara crucis: *Lignum in quo Dei verbi ſacrificium quo pro nobis mactatus eſt, peractum eſt.* Habes hic cauſam ob quam mortuus eſt, noſtra ſcilicet crimina.

Vtinam viua fide conſtans Saluatorem in cruce conſiderares, cum eo colloquutus & rationem inquirens ad cauſam, propter quam in ea patitur

XXII. Apoſtrophe ad Chriſtũ crucifixũ.

inſtitueres, inquiſitionem. Quis te Domine mi, huic affixit cruci niſi culpa mea, niſi mea peruerſitas? Vide num in eo aliquid quod tuum ſit, agnoſcas. Horrida illa corona tremendumque diadema an tuam hoc non ſpectat notatque ſuperbiam? Duriſſimi illi claui manus eius perforantes an tuam non arguunt auaritiam? vulnera illa à planta pedis vſque ad verticem, quibus ſpecioſus forma præ filijs hominum ſic omnem exuit formam deturpatus vt dicere Iſaiæ licuerit: *A planta pedis vſque ad verticem non eſt in eo ſanitas*, an tuas hæc non luunt iniquitates, quibus

2. Reg. 24.17. toto corpore turpior efficeris? O quàm congruè Patri diceres æterno, quod Dauid Angelo percutienti: *Ego ſum qui peccaui, qui inique egi. Agnus iſte quid fecit? Vertatur obſecro manus tua contra me.* Heu Domine mi, ego ille ſuperbus, ille ambitioſus, ille carnalis, ille cupidus, ille inuidus, malitioſus ille, guloſus ille, ille iracundus. Meo debentur capiti ſpinæ illæ acutiſſimæ, manibus meis harpagines illi crudeliſſimi, hæc carnibus meis flagella atrociſſima. Quod meum eſt ô Domine, mihi tribue, meis crucem hanc humeris impone, quia mea eſt, mihi Domine tuos illos tribue cruciatus, qui mei ſunt. *Verè labores noſtros ipſe tulit, & dolores noſtros ipſe portauit.* [Iſai 53.4.] Noſtros ſibi aſſumpſit languores, noſtri ſunt, nobis debentur, atque ex ratione eſſet vt ſaltem eorum partem nobis aſſumeremus eumque in ferenda cruce pœniſque imitaremur.

§ 8. Quis ex vobis arguet me &c. *Vt Chriſtus illos argueret primo conueniens erat vt ipſe argui non poſſet: eſt etenim culpa plumbum os obſtruens.*

ALiam propono rationem ob quam Chriſtus vitam ſuam tribunali atque eorum exponat iudicio, velitque coram ipſis inſtitui verificationem, quòd eum nequirent de peccato redarguere: & hæc ea eſt, quod eos ipſos de grauiſſimis confundere ſceleribus & de tartarea velit conuincere malitia: eoſque non eſſe filios Dei, ſed diaboli, ſicut paulo ante illis dixerat in eadem concione. *Vos ex Patre Diabolo eſtis.* [Ioh. 8. 44.]

I. Non niſi irreprehenſibilis poteſt reprehendere.

Notiſſima eſt Chriſti doctrina, quod ille qui alium vult reprehendere, oportet vt ipſe nulla poſſit de culpa redargui: ſi namque tibi trabs ſit in oculo, veliſque alium reprehendere ob paleam, quæ illius offendit oculos, ad regulam erit hæc illius reſponſio. *Hypocrita, eijce primum trabem de oculo tuo. Quid vides feſtucam in oculo fratris, trabem autem, quæ in oculo tuo eſt, non conſideras?* [Matth. 7. 5.] Hic effectus in reo criminis, vt os illi obſtruatur, vt alium nequeat reprehendere: Etenim in huius rei ſymbolum præcipit Deus, vt leproſus os haberet veſte contectum, & obmuteſceret: videturque huic Dauid accinere. *Omnis iniquitas oppilabit os ſuum.* [Pſ. 106. 42.]

II. Iniquitas os obſtruit.

Aliàs expendimus Vatis Zachariæ viſionem, cui Angelus comes amphoram oſtendit egredientem, quam circuibat mulier, quæ talentum poſt ſe trahebat plumbi. Illa autem mulier inhoneſta ſatagebat amphoram illam ingredi. Domine mi (Angelo Propheta) [Zacha. 5. 5.] quænam eſt mulier hæc? Angelus Prophetæ: *Hæc eſt impietas.* Tandem vidit quod amphoram hanc ſeu vas mulier ingrederetur, & ecce confeſtim vt intrauit, talentum illud plumbi, quod ſecum trahebat, iniectum eſt vaſis orificio. *Et ecce talentum plumbi portabatur &c. & miſit maſſam plumbeam in os eius.* Amphora hæc, cor eſt hominis, quod cum hunc mundum ingreditur illico verſatur circa illud malitia & in gyro circumcurrit vt illud ingrediatur. Quoties te concitat ad libidinem vt illi concedas ingreſſum, quoties ad alienorum rapinam bonorum, ad vindictæ deſiderium &c. Quoties ſic fluctuas. Agam, an non agam, ibo an non ibo ad talis ædes? Committam an non committam vſuræ negotium? Hæc eſt impietas quæ cor tuum circumuolitat, & in illud ambit ingreſſum. Ea de cauſa ait Apoſt. de peccato: *Circumſtans nos peccatum.* [Heb. 12. 1.] Caue tibi, ne

portam illi aperueris : Quàm primùm enim ingreſſa fuerit impietas ori tuo maſſam iniiciet plumbeam, quo tibi illud ſtrictius quàm calce & lapide oppilabit, vt proximum tuum de peccatis ſuis nequeas reprehendere ipſe peccator.

III. Pater in Iuda Patriarcha. *L. de Pœn. c. 8.*

Satis liquidò conſpicimus hoc in Thamar (rem narrante nobis Spiritu S.) quam etiam conuenienter expendit D. Ambroſ. Populo Iudaico Iudex præſidebat Patriarcha Iudas : ipſa autem Thamar viro defuncto vidua ſuperuiuebat: hanc ille, quænam eſſet ignorans, cognouit & adulterij ſe crimine contaminauit: quod omnes latere poſſe ſibi perſuadebat; ipſa verò ex illo concepit. Elapſis aliquot diebus apparet vteris Thamar intumeſcens proléque grauidus. Cui ſic Patriarcha Iudas: vah vile proſtibulum, comburatur: non enim expedit, vt tanti criminis rea, ſuperuiuat. mortis illi ſententiam indicant, quibus illa reſpondet. Renuntiate Patriarchæ, quod ſi oculos habeat, quibus peccata mea conſpiciat, illos prius aperiat vt propria conſideret : nec hoc ignoret, quod ſi impudicitiæ crimen incurrerim, non ſola hoc commiſi: conſortem enim paſſa ſum adulterij & cognoſcat ex hoc annulo & baculo, ipſum fuiſſe & eſſe, ex quo adultera côcepi. O ſilli ſponſum hoc oppilabat, ita vt ne verbum quidem deinceps contra illam mutire præſumpſerit: quinimo ait: ſinite illam, ſinite illam : taceamus, taceamus.

Gen. 38.

IV. Confirmatur in Dauide.

Voluit dux exercitus Ioab ſilentium imponere Regi Dauid, quo minus eum reprehenderet, & in illo ſiniſtrum quendam agendi modum argueret, quo totum perdidit Regis exercitum. Nuntium illi miſit, qui exercitus cladem illi nuntiaret, illique iniunxit. Hæc dices Domino meo Regi, in fugam turpiter regius cæſus eſt exercitus. veruntamen hoc ſciat, illud ab ipſo mihi impoſitum, vt caderet Vrias, quatenus vxore illius poiretur ad luxum, iam eſſe peractum : *Sed & Vrias Hethæus mortuus eſt.* Cum tantum traheret ſecum damnum imperitia Ioab, per illud Dauidi ſic os obſtruxit, vt ne verbum potuerit proferre, quo Ducem inertiæ redargueret : quinimo excuſauit eum. *Non te frangat iſta res: varius enim euentus eſt belli.*

2. Reg. 11. 21.

Quàm potens erat illa Echo Ægyptiorum, de qua ſic Spiritus S. (vt alias diximus) *Reſonans de altiſſimis montibus Echo, deficientes faciebat illos præ timore.* Prodibat in campum Ægyptius, & altius contra montium concaua vociferabatur, quibus alliſa vox, Echo formabat & ad ipſum reſonans vertebatur, quò fiebat, vt viribus

Sap. 17. 18.

V. Aſſeritur in Ægyptij s.

deſtitueretur mutuſque langueſceret. Heu bone Deus, quàm mutus langueſcit pater luſor, vt filium reprehendat luſorem, quàm omni voce mater deſtituitur impudica, vt filiam reprehendat inhoneſtis vacantem vanitatibus? De quibus aliàs egimus. Idcirco viri prudentiores alios correcturi, prius proprium aſcendunt tribunal atque ſe liberos ab omni culpa demonſtrant, vt illis non poſſit reſonans Echo reſpondere.

VI. In hoc Samuel Chriſti præuenit.

Hoc egit vt patet ex Sacris litteris nemini poſtponendus Propheta Samuel: multis etenim 27
vltro citroque habitis cum populo Dei rationibus Regem petente, cui cum datus eſſet & creatus à Deo Saul, conſilio deſuper cum Deo præhabito, eiuſque ſententia, volens vir hic ſeditionem & non tolerandam populi confundere ingratitudinem, illos conuocat & congregat omnes, cumque Rex nouiter vnctus præſens adſtaret, ſic illos increpat. Euge age, popule Dei, quis ex vobis arguet me de peccato? Adſtamus hic omnes, & ego coram Deo & Chriſto Rege: vitam meam examini ſuppono : Videamus an ſit aliquis, qui crimen aliquod poſſet in me reprehendere. *Conuerſatus coram vobis ab adoleſcentia mea vſque ad hunc diem, Ecce præſto ſum, loquimini, de me coram Domino, & coram Chriſto eius, vtrum bouem cuiuſquam tulerim, aut aſinum: ſi quempiam calumniatus ſum ſi oppreſſi aliquem ſi de manu cuiuſquam munus accepi &c.* Reſpondent illi omnes vnanimes, verò veriùs Propheta ſanctiſſime, hoc teſtamur omnes, nihil à nobis in te arguendum inueniri: Quinimo actus omnes nos vt iuſtiſſimos approbamus: non enim in illis quis meritò reprehendat aliquid: *Non es calumniatus nos, neque oppreſſiſti, neque tuliſti de manu alicuius quidpiam &c.* Quibus Samuel an his fidere poſſemus? Vtique Deum enim vt teſtem veritatis aſſumimus. *Teſtis eſt Dominus. Nunc ergo placet vt iudicio contendam aduerſum vos, coram Domino*, veſtramque contra Deum pertinacem redarguam ſeditionem. In mentem vobis recurrant accepta à Deo beneficia : vos enim ſibi in populum elegit, ſuam vobis præſcripſit legem, vos in deſerto aluit, vobis terram tribuit lacte & melle manantem, & vſque nunc illi ſemper côtumaces obſtitiſtis: In tali & tali occaſione, ſimulacra Deo erexiſtis: In tali caſu crimina commiſiſtis nefandiſſima. Cui Populus ô Propheta piiſſime, quàm iuſtè nos rationibus conuincis: Nobis nihil ſupereſt, quo tuis reſpondeamus, niſi hoc vnum quid, nos peccatores eſſe fateamur, teque deprecemur, vt pro nobis efficax apud Deum ſequeſter intercedas, quatenus nos iuſto pro ſcele-

1. Reg. 12.

ribus

ribus non plectat iuſtè ſupplicio: *Ora pro ſeruis tuis ad Dominum Deum tuum, vt non moriantur.* Hic poterat vtique efficaciter illos reprehendere qui prius ſuam teſtatus fuerat, probaueratque innocentiam. O quam bene licet prædicatori populum arguere, cuius omnibus manifeſta ſit innocentia, vt non ſit qui de peccato poſſit conuincere prædicatorem? Quàm ad ſolidè cadet iuſta iudicis in latronem prolata ſententia, ſi ſic ipſe vixerit irreprehenſibilis, vt nulla ſit in eo culpa redarguenda? Quàm adaptè cadet parentum illa correptio, qua filios emendant, ſi in illis nullum inuenerint defectum eſſe corrigendum?

VII. Epiſcopus ſit irreprehenſibilis vt alios emendet.

His fundat Apoſt. Paul. (vt notat D. Hier.) præceptum Timotheo diſcipulo ſuo datum, quo declarat qualis ſit oportet Epiſcopus, vt meritò poſſit docere corripere, examinare, ſuoſque diſcutere ſubditos. *Oportet Epiſcopum irreprehenſibilem eſſe, vnius vxoris virum, ſobrium, prudentem, ornatum, pudicum, hoſpitalem, doctorem &c. Vt potens ſit exhortari in doctrina ſana & eos qui contradicunt arguere.* Cur prius non poſuiſti vt Doctor ſit, qui virtutes doceat, vitia reprehendat & illis corripiat intricatos? Nō expediebat, ſed hoc in vltimum reiecit locum: quod enim energiam miniſtrat & auctoritatem reprehendendi, vita eſt immaculata. Quod animum dat ad conuincendum flagitioſum, vita eſt ab omni peccati labe puriſſima: *Vt potens ſit arguere.* Hanc conſuetudinem ſectatus eſt & ſectatur ipſe Deus cum peccatoribus. Intendit per Prophetam ſuam Iſaiam populum ſuum grauiter delinquentem arguere. Omnes ad cōcionem cōpellat, & ſub ſymbolo Domini, qui vineam plantauit aſcendit, primò ſeipſum examini ſubijciens, omniumque diſcuſſioni: Vt apertè proferant in medium, an in aliquo vineæ ſuæ negligens ſocorſque defuerit. Ego (ſic ipſe) vineam plantaui, ſepe concluſi, irrigaui: Dicite mihi, & ſi poteſtis aliquam in me culpare negligentiam. *Nunc ergo habitatores Ieruſalem, & viri Iuda iudicate. Quid eſt quod vltra debui facere vineæ meæ & non feci ei?* Nihil eſt quod proponant nihil eſt quod redarguant: vnde ori digitum imponunt taciturni. Quis ex vobis arguet me de negligentia, de ſocordia, de peccato? nunc igitur adſum ego: Multa namque mihi ſunt de vobis arguenda. An vobis iuſtum videtur, cum ego talibus tantiſq; vos præuenerim beneficijs, quod mihi talibus tantiſque reſpondeatis ingrati ſceleribus? Vt in vobis non niſi labruſcas inueniam immaturas iniquitatum, ſacrilegiorum, furtorum, homicidiorum &c. ipſi conſiderate, quid vobiſcum mihi agere conueniat; num æquum ſit vt illud agat quod Dominus cum vineæ palmitibus, qui bene culti putati, rigati non niſi ſpinas proferunt & tribulos &c.

L.1. cōtra Iouin. poſt med.
1. Timoth. 3. 2.
Tit. 1. 8.

VIII. Hunc morem ipſe Deus cum populo ſuo ſeruauit apud Iſaiam.
Iſai 5. 5.

IX. Item apud Hieremiam.

Idem facit per Vatem ſuum Hieremiam: Etenim populi ſui ſceleribus non leuiter irritatus illos terriculamentis in eorum pœnam percellit, quod grauibus eos ſit caſtigaturus aduerſitatibus pœniſque commeritis. Eo fine vult omnes conueniant, quibus iam præſentibus, ſic per Prophetam omnes alloquitur. Nunc igitur rationem ineamus. Dicite mihi, in quo vobis aut Patribus veſtris negligens defui? Si quid in me inueneritis reprehenſione dignum, arguite me. *Audite verbum Domini domus Iacob, & omnes cognationes domus Iſrael. Hæc dicit Dominus Quid inuenerunt Patres veſtri in me iniquitatis, quia elongauerunt à me; & ambulauerunt poſt vanitatem?* Iudicemur ſimul, ſed hoc prius examinetur, an ego in aliquo defuerim. Eduxi vos de Ægypto & introduxi in terram abundantem, fructiferam & delitioſam. *Induxi vos in terram Carmeli, vt comederetis fructum eius.* Vobis ſtatuta mea dedi, meas ceremonias, templum meum, ſacrificia mea, vos ab inimicis veſtris protexi, vos alui, vos in delitijs enutriui. Tacent omnes q. d. nihil habemus quod opponamus, nec eſt in quo dicamus eum nobis defuiſſe. Nunc igitur ait Dominus, ego vos redarguam, ego veſtras conuincam iniquitates adeo deteſtandas, vt cælis ipſis terrorem incutiant & ſtuporem, ita vt à ſolito deſiſtans curſu admirabundi: *Obſtupeſcite cæli ſuper hoc, & portæ eius deſolamini vehementer.* Populus enim hic meus me deſeruit, & dereliquit fontem aquarum viuentium & ſibi ciſternas quæ fuerunt corruptas & diſſipatas.

Hiere. 2. 4

X. Et Chriſtus hodie cum Iudæis.

Idem hodie Saluator noſter inſtituit. De cælis deſcēdit noſtras inſtauraturus miſerias: Oculis ſe ſubiecit populi ſui, mille fauoribus beneficus, cæleſtibus donis liberalis, eorum ſanans infirmos, mundans leproſos, illuminans cœcos, reſuſcitans mortuos, alimenta præbens in deſerto fame pereuntibus, fontem ſe bonorum omnium proponens, illos alliciens ſitientes tantaque faciens prodigia, quæ manifeſtè ipſius denotabant, clamabantque diuinitatem. His omnibus obdurati & perduelles, oculis cœci, auribus occluſi, ſic vt talibus ingrati beneficijs mortem illi inferre moliantur. Vt tam execrandam conuincat malitiam in publico templi loco tribunal erigit & aſcendit vt ratificationem inſti-

 tuat,

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

tuat, ex qua innocentia ſua eorumque culpa re-
niſceretur. Proinde ſatis longa præhabita concio-
ne hoc tandem Euangelio concludit. Eia Princi-
pes, Sacerdotes, Doctores totaque Iudæorum ſy-
nagoga ad iudicium vos prouoco: videamus v-
trius ſit culpa, quod mihi non credatis, parum eſt
hoc, inſuper & me velitis interimere. Cauſam in-
dagamus primò an ex parte mea ſit peccatum.
Quis ex vobis arguet me de peccato. Adſtamus
hic omnes hic meipſum offero & examini veſtro
ſubijcio. Quis ex vobis me poterit cōuincere quod
in aliquo vobis debito, ratione miniſterij, quod in
me ſuſcepi defuerim? Vobis prædicaui, docui
vos, vos inſtruxi, & manifeſtis ſignis ea quæ pro-
poſui confirmaui; an in aliquo corripiendus ſum?
Tacēt omnes velut conuicti, nec aliquid haben-
tes quod obijciant. Nunc igitur ait illis Saluator
noſter, adſum ego, veſtram conuincens obſtina-
tam rebellionem, rebellemque obſtinationem.
Si veritatem dico vobis quare non creditis mihi?
Quam rationem obtenditis, quod nedum verbis
meis nō adhibeatis fidē, mea confiteamini mira-
cula, ſed inſuper & mihi mortē intenteris igno-
minioſam: ſatis ſuperque liquet filios vos eſſe
Diaboli, atque vt tales, eadem cum illo habere
deſideria, eademq; mente flagrare vt mihi perſe-
cutionem moueatis necemque inferatis homici-
dæ.

X. Et etiam tecum ô Chriſtiane.

Eodem plane modo, ô Chriſtiane, te prouocat
in iudicium & primò ſeipſum examini ſubijcit,
tibique ait. Eia videamus: *quis ex vobis arguet me
de peccato?* Iudicemur ſimul, videamus an dicere
poſſit aliquis quòd ego in aliquo muneri meo
defuerim. Obijce mihi, ſi quid inueneris, in quo
Deus tibi non adfuerit in ijs, quæ tuæ compe-
tunt ſaluationi. Ipſe te creauit, ipſe animam tibi
inſpirauit adeo nobilem, vt cum ipſis Angelis
de dignitate concertet; ad ſuam te traxit Eccle-
ſiam, fidem tibi infudit: natum te in peccato per
ſacrum mundauit Baptiſmum, confirmationis te
confortauit Sacramento, ſua te carne & ſangui-
ne enutriuit tuas omnes curauit per pœnitentiæ
Sacramentum infirmitates, prædicatores tibi mi-
ſit, qui te erudiant, Sacerdotes qui te cum Deo in
gratiam reuocent, Confeſſarios qui te abſoluant,
tuaque remittant peccata, hic tibi menſam præ-
parauit, eundemque propoſuit cibum, quo ipſe
ſuſtentatur. *Præſtitit omnia abunde* ſic D. Paul.
1. Timot. 1. 6. 17. cui ſubſcribit D. Iacob *Dat omnibus affluenter.*
Conſidera vtrum aliquid noueris, quod tibi mi-
D. Iaco. 1. 5. nimè præſtiterit, cœlos ſuos, cum ſuis influentijs
terram ſuam ſuis cum fructibus, fontes ſuos, cum
ſuis refrigerijs, Angelos ſuos tibi cuſtodes, Sa-
cramenta ſua quæ te ſanctificent, ſanguinem
ſuum quò ablueris, vitam ſuam, quâ reſuſciteris,
vnico tandem verbo ſeipſum tibi tranſtulit &
tradidit. *Dedit ſemetipſum pro nobis*, & id ne vni- 1. Timot. 2. 6.
co quidem modo, ſed quantis poſſes exoptare & Tit. 2. 14.
*ſe naſcens dedit ſocium, cōueſcens in edulium, ſe mo-
riens in precium, ſe regnans dat in præmium.* Dici-
to, an ſuperſit aliquid, quod tibi liberalis non ſit
elargitus, vel parcus retinuerit. *Omnia veſtra* 1. Cor. 3. 22.
ſunt: inquit Apoſt. Quidquid Deus poſſidet, offert
tibi, & donat, gratiam ſuam, gloriam ſuam, ſuam
redemptionem, ſua Sacramenta, denique ſeipſum.
De peccato conuincere illum non potes. Et ſi
defectus videatur aliquis, defectus eſt nimieta-
tis, amoris inquam nimij. *Propter nimiam chari-* Ephes. 2. 4.
tatem ſuam. Propter nimium ſuum ſanguinem,
quandoquidem vnica gutta ſatis ſuperque ſuffi-
ceret. omnem tamen liberaliter effudit: Propter
nimia Sacramenta, in hoc quòd ea in maiori
quàm velis habeas abundantia. Quàm præparata
tibi eſt ſacroſancta Communio? Quàm nimij
Confeſſarij? Quàm magna nimis copia Prædi-
catorum! Itaque manifeſtè conſtat, quòd il-
lum tu nequaquam de defectu poſſes arguere.
Nunc ergo aſſurgit ille de tuis te reprehendens XI.
& conuincens; ita que tantis vt nihil ſit, in quo Chriſtia-
te de peccato non redarguat, in cogitationibus nū Chri-
tuis: Caput enim hoc tuum erexiſti ventorum, ſtus re-
ſordiumque ſterquilinium, in quibus tua perpe- darguit.
tim occupatur imaginatio: In verbis tuis, vix
enim de ore tuo quidquam egreditur, præter
mendacia, detractiones, murmurationes, iu-
ramenta, blaſphemias: In operibus tuis totus
enim incumbis impudicitiæ, auaritiæ, cupiditati,
odio, ſimultati.

Quod mandatum tibi præcipitur, quod ſæ- 29
pius non es præuaricatus? quos dies ſine pec-
cato tranſegiſti & ab omni Dei iniuria libe-
ros? Quid habes in te quod fons non ſit cul-
parum, ſcelerumque ſcaturigo? Oculis huc
& illuc impudica conſpicis illa quæ deſidera-
re non licet, quos bene D. Petrus Apoſt. cogno- 1. Petr. 2.
minat *oculos plenos adulterij.* Aures apertas ha- 13.
bes detractionibus, & infamationibus: manus ex-
tenſas & paratas ad opera proximo tuo pernitioſa
de quibus concinnè vates Euangelicus: *Manus* Iſaia 1.
veſtra plena ſunt ſanguine. Pedes tibi pruriunt; ad 15.
greſſus inordinatos, qualem idē Propheta vidit. Iſa. 59. 7.
Pedes eorum ad malum currunt. Os tibi eſt ſepul-
chrum execrandū, de quo non niſi profluit fœda
corruptio. Sic Pſalmiſta Regius *Sepulchrum patēs* Pſ. 5. 10.
eſt guttur eorum. Corde tuo laſciuias mille, mil-
le machinaris traditiones: ita vt ex omnibus
parti-

patribus te poſſit de peccato reprehendere. Heu
miſerum te: & quid habes quod reſpondeas?
Arguet te malitia tua (inquit Deus) *& auerſio*
Hier.2.19. *tua increpabit te.* Illa ipſa te peccata condemna-
bunt. Conſidera quid egerit, agatque Deus te-
cum: & crimina quæ feceris, faciaſque Deo. Ex
his conuinceris & argueris ſicut illi ter infe-
lices.

XII. O quàm fructuoſa foret illa conſideratio, &
Vita Chri- quam vtile vitæ tuæ ſcrutinium, ſi primo oculis
ſti tibi pro- tuis vitam Chriſti propoſueris: perpendens quid
ponenda, ille pro te fecerit, & videns quod nedum nullum
& tua illi in eo reſpectu tui defectum inuenias ſed ſupera-
ex qua tu bundantiam: & confeſtim ante oculos eius tuam
iudicabe- expoſueris, in qua ſit nihil quod meritò non ſit
ris. arguendum, vt diximus. Ex illa peccatores in
Pſ.18.137 die iudicij condemnabit eorumque ſic conuincet
iniquitates, vt illi ipſi dicturi ſint. *Iuſtus es Do-
mine & rectum iudicium tuum.* Ad hoc illo ve-
niet die vt ſceleratos de ſuis omnibus confundat
iniquitatibus: ſic Sanctiſſimo Enoch in ipſis
mundi incunabulis vaticinante, vt confirmat S.
Iud.Thad S. Iudas Thaddæus. *Ecce venit Dominus in ſanctis
v.14. millibus ſuis facere iudicium contra omnes, & ar-
guere omnes impios de omnibus operibus impietatis
eorum, quibus impie egerunt.* Quomodo illos il-
laſque cognoſcet? Diuus Ioann. hoc in ſua de-
clarauit Apocalyp. Dicens quod in viſione qua-
dam huius quandam viderit figuram qualiter iu-
Apoc.20. dicium hoc ſit peragendum. *Vidi mortuos mag-
12. nos & puſillos ſtantes in conſpectu throni, & libri
aperti ſunt, & alius liber apertus eſt, qui eſt vitæ.*
Quis liber eſt iſte vitæ? cuius eſt iſta vita? Illa
eſt quam paulo ante Euangeliſta declarauerat.
Apoc.14.8 *Eſt liber vitæ agni.* Duo libri aperiendi ſunt, liber
vitæ agni, vt interrogentur peccatores. *Quis
ex vobis arguet me de peccato?* Hic vitam meam
conſidera, inſpice ſi quem in me defectum in-
ueneris: & liber vitarum veſtrarum: vt eo ipſo
vos redarguat veſtraſque confundat iniquitates
in eum commiſſas: in beneficiorum gratitudi-
nem offenſas obtuliſtis, & in redemptionis bene-
ficij compenſationem mille Deum ingrati flagi-
tijs irritaſtis. Sic patebit quænam ſint arguendæ
& confundendæ & puniendæ impudicitiæ, frau-
des, rapinæ, &c. Et implebitur illud pſalterij:
Arguam te & ſtatuam contra faciem tuam. De
quo diebus egimus præteritis.

§. 9. *Nos pariter Dominus inſtruit noſtram præuenire mortem ad exemplum Ruth & formicæ.*

INſuper vt nos Dominus præmoneret quate- 30
nus vitæ noſtræ tempeſtiuè examen inſtitua-
mus, ex diuino voluit conſilio ſuam prius ex-
cuſſioni ſupponere, antequam pro nobis Deo
Patri holocauſtum immolaretur. Nouerat cœ-
leſtis ille Doctor, quod tempore paſſionis ſuæ
omnia immutarentur, quodque inimici ſui totum
conarentur negotium vocum clamoribus impe-
trare, nullo conceſſo loco rationi, plureſque te-
ſtes eſſent producturi & teſtimonia, quibus co-
lorarent iniquitatem, quam in ipſo occidendo
perpetrabant. Nunc quando tempus eſt vt cum
tranquillitate omnia confirmentur, illa confirme-
mus. Perpendunt D. Auguſtinus, & D. Iſidor. Ser.81. de
fratrum Ioſeph aſtutiam, Aduertebant execran- temp. in
dam fuiſſe proditionem, quod fratrem ſuum ven- c. 30.
didiſſent, quodque omnes tantam execrarentur In Gen.
impietatem: conati ſunt perſuadere ſe tantum I.
non commiſiſſe crimen, nec fraterno ſanguine Fratrum
pollutos, ſed à fera peſſima Ioſeph eſſe deuora- Ioſeph a-
tum: *Dicemus, fera peſſima deuorauit eum.* Vt ſtutia Iu-
autem hoc adſtruerent credibile, tunicam iſtius dæi imi-
hædi ſanguine contiinxerant, eamque paternis o- tantur.
culis ſpectaculum obtulerunt, quam vt piiſſimus Gen.37.29
conſpexit ſenex, ſic eſſe credidit.

Hoc idem conati ſunt Iudæi perſuadere, &
credibile proponere, quod illi ipſi Chriſtum ne-
quaquam interfeciſſent, ſed fera peſſima Roma-
ni imperij; quod Deus Danieli propoſuit in figu- Dan.7.7.
ra illius quartæ beſtiæ terribilis atque horribilis; II
cuius dentes erant ferrei, quibus omnia comminue- Iudæi ſe
bat. Vt autem hoc imponerent eum Pilato Præ- de Chriſti
ſidi tradiderunt Romani Imperij Præfecto, ab eo nece ex-
poſtulantes, vt eum morti adiudicaret: & cum cuſant.
hoc ita ſit quod aſſerentes illi, quod mortis reus
eſſet ex decreto legis ſuæ, & Pilatus illis reſ- Ioann.18.
ponderet; ſi ergo hoc ita ſit: *Accipite eum vos &* 31.
ſecundum legem veſtram iudicate. Reſponderunt Ioan.18.23
tamen illi, abſit hoc: Etenim *nobis non licet in-
terficere quemquam.* Verumtamen ait Ioannes:
Dixerunt illi non quod ſic eſſet, *ſed vt ſermo
Ieſu impleretur quem dixit, ſignificans qua morte
eſſet moriturus.* Dixerat Chriſtus, quod quamuis
tradendus eſſet Principibus Iudæorum nihilo-
minus à Gentilibus eſſet occidendus. *Tradent* Matt.20.
eum gentibus ad illudendum, flagellandum, & cru- 19.
cifigendum. Quia hoc ſemper imponere ſtudue-

runt quòd ipſi Chriſtum non occidiſſent: videbant enim crimen hoc proditionis ſic enorme, vt licet tam peruerſi eſſent, hoc ſibi tamen imputari noluerint: vt autem hæc ita ſe habere cuncti crederent, tunicam vitæ illius ſanctiſſimæ intingere & maculare laborarunt: illi peccata operaque peccatorum affingendo, criminantes quòd ſeductor eſſet & mundi peruerſor, atque pertinax auctoritati Cæſaris aduerſarius.
Luc. 23. 2. *Hunc inuenimus ſubuertentem gentem noſtram, & prohibentem tributa dari Cæſari.* Imo etiam dum vident à tanto ſcelere Pilatum Præſidem abhorrere, quale fuit eum morte condemnare quem ſciebat innoxium & innocentem, exclamarunt
Ioa. 9. 12. vnanimes: *Si hunc dimittis non es amicus Cæſaris: Omnis enim qui ſe Regem facit, contradicit Cæſari.*

III.
Vt Chriſtus illos cõfundat ſemper tacuit in paſſione.

Prænouerat Chriſtus talia & alia ab ipſis hac hora proferenda teſtimonia: Quocirca antequam horam hanc ingreditur, ſic cuncta diſponit, vt ex induſtria & quiete ſeipſum exoneret palamque fiat omnibus, quòd peccator non ſit, nullius culpæ reus nec habeant, nec poſſint, aduerſarij, vel minimum in ipſo peccatum arguere. Quinimo ea de cauſa paſſionis ſuæ tempore ſemper taciturnus obmutuit: In primo tribunali cui vinctus ſiſtitur iam in horto captus ſummoq; oblatus Pontifici Caiphæ plenoque concilio Principum ac Sacerdotum, quando proceſſum illi intentantes varios falſoſque teſtes produxerunt multa in eum proferentes, ſemper tacuit, quocirca ſummus Pontifex illum ſic interrogat:
Mat. 26. 6 Marc. 14. 16. *Nihil reſpondes ad ea, quæ iſti aduerſum te teſtificantur?* Quid ipſe? *Ieſus autem tacebat, & nihil reſpondit.* Ilico mane altero ad ſecundum trahitur tribunal & Pilati ſiſtitur prætorio. Hic iterum grauia Chriſto obijciunt: quidam enim eum inſimulant vt blaſphemum, & qui ſe Deum, cum non eſſet, extolleret: Alij eum populi accuſant ſeductorem: Alij Cæſaris inimicum arguunt, eiuſque iuri derogantem: Alij eum affectati regni damnant vt tyrannum. De his à Pilato interrogatur: at ille tacebat. À Pilato ad Herodem tranſmittitur vt eius ſubditus, cum eſſet Galilæus, & hoc tertium eſt tribunal: & quamuis narrante Diuo Luc. hiſtoriam mille proponerentur illi quæſtiones &
Luc. 23. 9. *ſtarent Principes Sacerdotum & Scribæ conſtanter accuſantes eum: At ipſe nihil illi reſpondit.* Inde ad Pilati reducitur prætorium & hoc quartum eſt tribunal: quem denuo coram illis examinat: at Chriſtus ſilentij conſtans, nihil reſpondit. Multi concurrunt falſi teſtes multa Chriſto obijcientes flagitia: ſed nec idcirco pro ſe loquitur. Ait illi Pilatus, *Vide in quantis te accuſant,* Marc. 15. 4. tam ſtrictum tamen Saluator ſeruauit ſilentium, vt de hoc non modicè miraretur Pilatus. *Ita vt miraretur Præſes vehementer.* Ne mireris ô Pilate: etenim ex ratione modo ſubticet, & in omnibus nequidem verbum protulit tribunalibus: iam enim quod reſpondendum erat, reſpondit, & quod dicendum, dixit: nec non tempeſtiuè magna ſolicitudine ſeipſum exonerauit, quæ ad eum pertinebant, præparauit, nec non per illos ipſos ſuam teſtatam probauit innocentiam: nihil habet modo quod dicat, vel quod ex propoſito tranſmutet, facie ad faciem ſuam ſtuduit ratam facere puritatem, & velut rem in iudicio confirmatam & vt iam iudicatam, non neceſſe eſt illam denuo ventilari.

Optimum conſilium, & quod tibi, & mihi, 31
& omnibus qui viuimus, eſt expedientiſſimum, tuam hic ratam certamque facere innocentiam atque ijs omnibus exonerare te ad te ſpectantibus, antequam mortis hora appropinquet diſponere, tuaque omnia prudenter & tempeſtiuè præordinare: tunc etenim omnia ſurſque deque conuertentur, & quiſque quod ſibi placuerit, effutiet, & tibi proponet id quod ſibi alijſque, non vero quod tibi, conducit, nec erit tempus verificandis rebus tuis opportunum, multum enim ad hoc requiritur temporis: quandoquidem tunc nec attendere poteris, nec excitatum adeo habere iudicium, prout rebus tanti momenti conuenit eſſe neceſſarium.

IV.
Præſtat præuenire horam mortis, ſua omnia diſponendo

Tunc mulier ingemiſcit, filij lacrymantur, amici commouentur, caput turbatur, memoria deficit, obſcuratur intellectus, ſenſus obtorpeſcunt, quibus nec tuam poteris clare videre conſcientiam, non tua cognoſcere peccata, non tuis intendere exonerationibus, non tuis ſatisfacere obligationibus, nil aliud erit agendum quàm cum mortis luctandum doloribus. Ille tibi proponit vt hoc modo, alter vt alio diſponas, & quiſque quod ſibi proficiat, non tibi repræſentat importunus. Hinc tot videmus ineptias, quas viri committunt noſtro etiamnum iudicio, prudentiſſimi, quando vſque in horam mortis ſuorum procraſtinant negotiorum diſpoſitionem: Teſtamento condit hic, vt pro anima ſua Miſſæ celebrentur fiantque orationum ſuffragia pro coniugis vel filij ſui diſcretione, quaſi verò magis illi ſuo quàm tuo intendent beneficio, quaſi verò illorum eſſet in eo tibi ſubuenire diligenter, in quo tibi ipſi tu negligens

V.
Ob multa occurrentia impedimenta.

non

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

non ſubueniſti. Alter præcipit confusè vt fiant exonerationes conſilio Theologi, quaſi verò ſciret ille plura in facto rerum tuarum, quàm ipſe tu: alius, vt cito fiat talis & talis pro ſe exoneratio, quam tu ipſe tot annorum curriculis non perfeciſti, qui lucrum inde reportabas: & alteri clauus impingitur, quo millenis annis clauſus in purgatorio detineatis, quinimo in inferno in ſempiternum.

VI. Vitæ tuæ tempeſtiuè ſubeas examen.

Opportunè vitæ tuæ rationem inſtituas, tribunal aſcende, & teipſum coram Deo, coram proximo, & coram teipſo ſtatue redarguendum: à ſingulis inquirens: *Qui ex vobis arguet me de peccato?* Hoc nobis conſilium Chriſtus per Euangeliſtam Lucam ſuggeſſit verbis non minus obſcuris, quam myſterioſis.

Luc. 12. 50

Cum vadis cum aduerſario tuo ad Principem, in via da operam liberari ab illo, ne forte trahat te ad Iudicem, & Iudex tradat te exactori, & exactor mittat te in carcerem. Dico tibi non exies inde, donec etiam nouiſſimum minutum reddas.

L. 7. in c. 12. Luc. ad finem. Matt. 5.

Notat Diuus Ambroſ. quod quamuis verba hæc eadem ſint cum illis quæ dixit apud Diuum Matth. in ſermone habito in monte. *Eſto conſentiens aduerſario tuo cito dum es in via ne, &c.* Porro illa dixit in diuerſis occaſionibus & illa magis extendit per Diuum Luc. quam extenderat in Matthæo, quia per hunc tantummodo loquitur in caſu reconciliationis viri cum inimico ſuo: verum apud Diuum Luc. ad omnes extendit peccatores, quos inſtruit vt ſollicitè ea quæ ſunt animæ ſuæ componant, nec in vltimam mortis horam differant agere pœnitentiam.

D. Ambr. To. 4.

Ibi de concilianda pace diſſidentium fratrum dicendum putauit, hic de pœnitentia & omnis emendatione delibi. Et liquidò conſtat: quia verba per D. Luc. prolata ipſo Euang. teſtante eadem dixit in occaſione, quâ datâ opera homines reprehendit, eo quod magna ſedulitate laborent ſuo tempore peragere corporalia, nihilominus minus ſedulò curant, quàm ea quæ ad animam pertinent, agere tempeſtiuè. Non differt Agricola in ver ſeminare, nec metere in hyemem, nec mercator in finem negotia differt nundinarum, nec litigans mediæ noctis expectat tenebras, vt iudicem accedat de cauſæ ſuæ æquitate cum plenius informaturus. Dolendum eſt, quod illi qui tam ſedulò ſuo tempore temporalia procurant, animæ ſpiritualia in illam reijciant horam, quando ad illa peragenda, prout expedit, minus ſunt idonei. Non ſic, ait Dominus, non ſic: ſed attende, ſi quando cum aduerſario tuo proficiſceris ad tribunal coram Iudice, tempeſtiuè labora, dum cum illo graderis in via, illi conſentire, atque ſatisfacere, nec non de eius liberare te querimonijs: ſi namque proteles, vt fiat hoc coram Iudice, vt certam tibi tuam perſuade perditionem, & time damnationem. *Cum vadis cum aduerſario tuo ad Principem in via da operam liberari ab illo* ait D. Luc. *Eſto conſentiens aduerſario tuo cito dum es in via* ſcribit D. Matth.

VII. Quis ſit aduerſarius cum quo debes cõſentire.

Quid ais Domine mi? vt conueniam cum aduerſario meo, illique conſcientiam, quod à me poſtulat dum ſum cum eo in via huius vitæ? Quis meus eſt aduerſarius? Numquid diabolus?

1. Pet. 5. 8. Apoc. 12. 9

Aduerſarius veſter diabolus: ait Diuus Petrus. Ipſe eſt quia ea de cauſa ait Diuus Ioann. vocatur *Satan*, id eſt aduerſarius. An ergo mihi conſentiendum eſt ijs omnibus, quæ poſtulat à me dæmon aduerſarius? Quis meus eſt aduerſarius & inimicus niſi mundus & caro? An agenda ſunt mihi & concedenda, quæ requirunt? iam tuus dixit Apoſtolus inde mihi mortem obuenturam.

In cap. 5. Mat. l. qu. quæſt. 62. & ſer. 1. de verb. Dom. & l. 1. de ſer. Dom in mõte c. 29 & l. quæſt noui T. ſt. quæſt. 7. D. Athan.

Diuus Hieronymus multas Sanctorum & Doctorum profert opiniones diuerſa ſententium, ſed ſequamur D. Athanaſ. & Diuum Auguſtinum. Tuus aduerſarius (ait Diuus Athanaſ.) tua eſt propria conſcientia & ſynderesis rationis, quam Deus in te ſtatuit, vt tibi ſemper contradicat, & in eo quod malè agis de te conqueratur. *Dicitur conſcientia aduerſarius: nam occultè in corde nos redarguit.* Remorſus ille, quo cruciaris quotieſcumque mali aliquid moliris, quotieſcumque mentiri proponis, ædes inhoneſtæ frequentare mulierculæ, pauperem opprimere, iuſtitiam oppugnare, proximo detrahere, qui occulte in corde tuo te redarguit, de quo D. Paul.

Rõ. 2. 15. D. Avgv. To. 10.

Cogitationibus accuſantibus aut etiam defendentibus. Aduerſarius tuus (ſic Diuus Auguſtin.) lex eſt Dei, quam tibi præſcripſit vt voluptati tuæ, tuoque contradicat appetitui. *Aduerſarius eſt huc voluntatis.* Delicias quæris ſenſuales, & ſe tibi lex opponit diuina. *Non mœchaberis*: vindictam ſectaris cholera nimis inflammatus, & tibi lex diuina contradicit. *Ne iraſcaris fratri tuo ſine cauſa*: Occidere tentas proximum, eiuſque ſanguini inſidiaris: repugnat tibi lex aduerſaria: clamat: ſcriptum eſt. *Non occides.* Parentes tuos tum ſpirituales, tum carnales honore debito non proſequeris: contradicit lex tibi aduerſaria. An legem non audiſti: *Honora patrem tuum?* feſta Dei & Eccleſiæ præuaricator tuiſque inſudans negotijs non obſeruas: an quietus manes & pacatus: numquid

qui acclamat tibi lex inimica : *Memento vt diem Sabbati ſanctifices.*

☞ 32 Hic tuus eſt aduerſarius, & hoc nomine à D. Paul. inſcribitur. *Video aliam legem in membris meis repugnantem legi mentis meæ.* Illa eſt ſpiritualis ego carnalis. *Lex quidem ſpiritualis eſt, ego autem carnalis ſum.* Paſſim nota eſt repugnantia, & contrarietas illa carnis ac ſpiritus de qua ſic idem Apoſt. *Spiritus concupiſcit aduerſus carnem, &c. & ſibi inuicem aduerſantur,* hic eſt eius aduerſarius lex diuina : *O quam bonus aduerſarius* (exclamat D. Auguſt.) *quam vtilis aduerſarius: Non quærit noſtram voluntatem, ſed vtilitatem.* Cum hoc ſocio itineris huius vitæ ad iudicem proficiſceris. Quid eſſe cogitas viuere? Proficiſci donec coram diuino appareas iudicio. Hoc agendum tibi eſt hoc in itinere; cum illo conſentire & conuenire eo modo quatenus nihil habeat tibi opponendum. Iam autem notauimus in meum legitimam ac veridicam de vita alicuius poſſe facere ratificationem. Ingredere, ô Christiane iudicium, & vitæ tuæ inquire ſcrutinium. *Quis ex vobis arguet me de peccato.*

Rom. 7. 23. — *Gal. 5. 17.* — *D. Aug. Serm. 1. de verb. Dom. Io. 40.*

VII. Et Dei mandata tibi ſunt aduerſarij.

Quem interrogabo? A quo ſciſcitabor? ſufficiet ne me amplius interrogem vel voluptatem meam, vel intellectum meum, vel meam opinionem? Nequaquam. Teipſum coram inimico tuo ſiſte conſcientia tua, vel lege diuina. Eia igitur Dei præcepta, Quod ex vobis arguet me de peccato? Prodeant in ordine ad Deum hæc mandata & ab ipſis inquire ſi quid in te habeant reprehendendum: ſi tanto te ſtudio ſedulum inueniant in diligendo Deum, in eius beneficia recognoſcendo, in debitas illi pro ipſis gratias referendo, ſi aliquod in te arguere poſſit iuramentum indebitum, vel inanem diuini nominis vſurpationem, odium Dei, blaſphemiam, & gratiarum eius vilipenſionem, inſpirationum eius reiectionem, vel in obſeruandis feſtis culpare negligentiam. Deinde eadem interroga præcepta in ordine ad proximum, an corripere in te poſſint inobedientiam erga patres carnales, vel ſpirituales, an conuincere de odio vel ira contra proximum, an confundere de laſciua profanitate, accuſare de iniuſtitia contra proximum, &c. Hoc inſtituas examen coram his omnibus aduerſarijs.

Inſuper ex his intelliges ait D. Auguſt. quod licet videantur verba Euangeliſtarum diuerſa, ſunt tamen eadem. D. Matth ait : *Eſto conſentiens aduerſario tuo.* Et D. Luc. *Da operam liberari ab illo.* Quia ab illo non potes te expedire aduerſario niſi illi conſentias, neque ipſum illi ſubijcias. *Ambo Euangeliſtæ ſimiliter hoc explicauerunt. Vnus dixit. Da operam in via liberari ab illo : Alter dixit. Conſenti illi non enim poteris liberari ab illo, niſi ei conſenſeris.* Et quando? cito dum es in via, interim dum viuis, *cito* ne differas in mane nec in eam horam, qua tibi, cum hoc aduerſario coram iudice eſt comparendum, quæ mortis erit hora. Si namque in illam horam diſtuleris, actum eſt de te, væ tibi. Etenim aduerſarius hic tibi fauentem habet iuſtitiam, cui tunc temporis ægrè poteris per omnia ſatisfacere. Sicut alibi diximus.

D. Aug. Io. 20. — *Hom. 83. §. 24.*

IX. Singulis diebus hoc eſt examen faciendũ.

O quam vtile foret hoc exercitium (teſte D. Chryſoſt.) ſi cunctis vitæ tuæ diebus, quos tibi ſecuros arbitraris, tribunal hoc aſcenderes, hoc examen inſtitueres, præſidente huic iudicio velut Rege ipſo intellectu, qui ab omnibus tuis ſenſibus & potentijs ſtrictam exigat rationem, ab oculis, ore, manibus, pedibus, memoria, voluntate paſſibus, exercitijs, negotijs, actionibus dicatque ſingulis: *Quis ex vobis arguet me de peccato* : hoc erat quotidianum & adeo proficuum Dauidis exercitium. *Et meditatus ſum nocte cum corde meo & exercitabar & ſcopebam ſpiritum meum.* Ad noctis tenebras meditationi vacabam, & intus in corde meo prætorium aſcendebam inueſtigans totius diei greſſus meos, & per pœnitentiæ ſcopas quidquid malefactum inueni, diligenter euerrebam & pro benefactis gratias Deo referebam ineffabiles.

Ho. 49. ad pop. — *Pſ. 76. 7.*

X. Ruth imitanda.

O vtinam diuinæ placeat maieſtati, vt ſanctiſſimam & notiſſimam imitateris mulierem Ruth, ex cuius ſemine Chriſtus deſcendit eiuſque mater inuiolata : de qua nobis ſacræ litteræ referunt quod toto die ſpicas in agro colligeret, quas in manipulos redigens domumque referens circa noctis tenebras flabello excutiebat q. d. videamus quid mihi ex hodierno meo labore tritici proueniat. Omnia iam excuſſi ; quid mihi ex hoc labore meo conquiſiui? Quid tritici, & quid paleæ. Singulis diebus occidente ſole, vel ad terminum hebdomadæ ; vel ſaltem ad finem cuiuſque menſis inquire diligenter, & ſedulò examina, quid ſpicas colligendo, conquiſieris, quæ bona quos honores, quas in republica prærogatiuas hæc flabello excute, vide quid tibi tritici ad æternitatis alimentum ſuperſit, vel quid paleæ ad ignis inferni incendio comburendum, vel in purgatorio purificandum, ſi primo tibi prouidus non conſulueris.

Ruth. 2. 17

Quàm elegans hæc eſt illa Spiritus S. ſententia *ante iudicium para iuſtitiam tibi.* Nonnulli hanc de præuentione interpretantur, qua prudentes ſibi proſpiciunt rationem reddituri : primò namque

Eccli 18. 19.

XI. Similitudo. — namque ſe apprimè præparant, vt eam proponant exactiſſimam. Commendata eſt tibi à Rege quædam adminiſtratio vel munus Reipublicæ, reddenda tibi ratio eſt cum ſolutione & ea reſolutione quam niſi exactam reddiderit, periculum incurras capitis manifeſtum: quis mihi virum dederit, qui antequam accedat, non ſe recolligat, ſtatum ſuum conſideret, & omnes partes feriò ac ſigillatim examinet? Verum loquitur Salomon de iudicio Dei. Creauit te Deus ſuum œconomum, corpus tibi tradidit, animam, intellectum, ſenſus facultates, filios, familiam, dignitatem, ſtatum. De his omnibus reddenda tibi eſt ratio vſque ad vnicum verbum otioſum. An verò æquum non eſt vt antequam in illas incidas anguſtias, modo cùm tibi bene compos es, & ſanitatis integræ, nec non dare potes ſingulorum rationem eorumque defectus agnoſcere, illa perpendas & ritè diſponas?

☞ 33 XII. Formicæ ſapientia ſequẽda. Prou. 30. 24. Extollit ſapiens Salomon quatuor animalcula quæ cæteris ſunt abiectiora & viliora, & nihilominus, inquit ille, ſunt ſapientiora ſapientibus: *Quatuor ſunt minima terræ & ipſa ſunt ſapientiora ſapientibus.* Quodnam eſt primum? *Formicæ populus infirmus, qui præparat in meſſe cibum ſibi.* Quam iucundum eſt ſpectaculum videre in Augusto vel æſtate formicas quàm ſedulò ſibi grana colligant in anni totius alimentum? in quo conſiſtit illa prudentia? non ſolum in hoc, quæ quidem magna eſt, quòd tempore abundantiæ congregent in tempus ſterilitatis, ne & ipſæ hoc patiantur, quod Ægyptij, qui meſſis tempore copioſiſſimæ deſides nihil ſibi congregauerant, ſed fame poſtmodum laborauerunt extrema ob tritici inopiam; ſed in eo quòd formicæ naturali ductæ ratione ſuam agnoſcant infirmitatem: Qua de cauſa dicuntur *Populus infirmus.* Non enim ſimiles ſunt paſſeribus, qui quolibet per aëra feruntur volatiles, nec ſimiles feris agilioribus, quibus ſi in regione hac alimentum defuerit ad aliam tranſeunt: ſed quòd viribus adeo ſint imbecilles, vt ad vnum aquæ confluxum demergantur, & vento fortiori, imo etiam tenuiori quaquauerſum agitentur, & ſi in æſtate tempore opportuno nihil congregent, irruente hyeme aquæ inundabunt, ingruent venti, niues, pruinæ, ita vt ſuis ſe non poſſint adiuuare pediculis, & miſeræ neceſſe eſt, vt intereant. Hæc eſt illa præclara ſapientia, vt in ea cæteris ſapientioribus palmam eripiant. Quot vt ſapientes reputauimus, qui hoc non agunt nec formicas imitantur? In hoc vult ſapiens, vt formicarum prouidam imiteris prudentiam: *Vade piger ad formicam, & parat in æſtate cibum ſibi, & congregat in meſſe quod comedat.*

Aſſiduas habuit Diu. Auguſtinus cum Manichæis hæreticis contentiones & hoc inter alia, illi objiciebant, quod nimirum ipſe conſulebat à vero Deo non poſſe procedere: hic etenim in mundum veniens hoc nobis potius conſilium dedit, ne ſolliciti ſimus in craſtinum: *Nolite cogitare de craſtino.* Per quod in nobis damnatur formicæ ſollicitudo. Sollicita eſt & anxia (dicebant illi) formica, quæ alteram non habet, quam ſperet, vitam niſi hanc præſentem. Nos autem, qui ſpe vitæ alimur æternæ, hanc de temporalibus non decet habere ſollicitudinem. Reſpondet D. Auguſtinus. Qui hoc ſibi obiecerat; quòd nec Salomon nos ad formicam remittens vt ex illa magiſtra prudentiam diſceremus, hoc principaliter intendit, vt illam haberemus in prouidendo: quatenus certiorem reddemus vitam hanc temporalem, & miſerabilem, ſed hoc prætendit, vt illam habeamus, vt æternam nobis vitam confirmaremus, illudque pro ea ageremus, quod formica ad vitæ huius temporalis agit conſeruationem: ejus prudentiam grauamque imitatus ſapientiam. Heu amici mei, quàm modicæ ſunt vires veſtræ, quàm eſtis elumbi, de quibus veriùs quàm de formicis licet enuntiare: *Populus infirmus.* Cauete vobis ne irruente infirmitatis hyeme mortiſque tempore hæc cuncta deficiant ne æſtuans febris caput perturbet, ne cholera non tolerandis vos premat anguſtijs, paralyſis ſenſuum impediat officia, vel lethargiæ morbus omnem auferat vſum rationis, dolor obtuſcet intellectum, & ægritudinis moleſtia lecto te detineat immobilem.

XIII. Quomodo prouidendum ſit in craſtinum.

L. 1. contr. Adimantum Manichæi c. 24. & in pſ. 36. concione 2. in illud: Quia peccatores peribunt.

Eia igitur ſtudete modo colligere quæ vobis tunc erunt neceſſaria ita nunc, dum valetudine gaudetis proſpera, frequentanda ſunt Sacramenta, aſſumendæ pœnitentiæ: Ita nunc dum tibi apertus eſt intellectus, & excitatus tuæ diſcuti debent actiones, num forſitan aliquem oppreſſeris in bonis vel in honore: modo dum perſpicuè & paulatim potes animæ tuæ vacare rationibus, hoc agito & huic adlabora: *Quodcumque facere poteſt manus tua, inſtanter operare: quia nec opus, nec ratio, nec ſapientia, nec ſcientia erunt apud inferos, quo tu properas?* Sic te monet inquit Spiritus ſanctus *Quia & venturæ mortis* (ſic D. Gregorius) *tempus ignoramus, & poſt mortem operari non poſſumus, ſupereſt vt ante mortem tempora indulta rapiamus. Sic enim ſic mors ipſa cum venerit, vincetur, ſi priuſquam ve-*

XIV. Æternitati proſpiciendum.

Eccl. 9. 10.

D. Greg. Hom. 13. in Euang.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

niat, ſemper timeatur. Eia age, qui feſtinus in tuam properas perditionem, ſiſte gradum, tuas tecum reuolue rationes: caue ne ſi differas ad mortis ultimum, non ſit in eo tibi caput, tibi diſcurſus, tibi iudicium. Ex his collige, quod ante diximus, me non parum admirari, dum, quoſdam video viros ſapientiâ præſtantiſſimos, alijs optimè conſulentes, qui tamen teſtamenta ſua non condunt, rebuſque ſuis non proſpiciunt, donec opprimat eos infirmitas, donec actum de vita dicant Phyſici, donec Confeſſarius vltimam adeſſe ſignificet horam, donec nulla poſthac ſalutis ſpes effulgeat donec morbus ad ſingula vires ſumens momenta, te iudice, plura non promittat vitæ tempora, donec hora vltima

XV. Sapientes inordinata ſæpe condunt teſtamenta. mortis imminet? ô deplorandam amentiam! tunc etenim nec infirmus nouit quid dicat, nec ad id quod ordinat attendit, nam conſanguineorum præſentia, aut perſonæ venerabiles eum ſic liberum non patiuntur prout conuenit: Vnde de quorumdam ſic admiramur teſtamentis, quæ in hora illa extrema legimus eſſe conſignata. Domine mi, quis credat fieri poſſe, vt talis ſic de negotijs ſuis ordinauerit? Domine, non erat ſibi præſens. Domine, circumdabat eum talis & talis perſona, quæ ad hoc & illud eum coëgit cõſcribendum. Mi chariſſime, tempeſtiuè præueni peragere ad quod bene diſponendum requiritur tanta prudentia, Chriſtum Dominum imitare.

§. 10. *Inſtituit Chriſtus Rempublicam, vt ſint ſancti, & talem ſe ipſe repræſentat vt eiuſdem caput.*

☞ 34 ALiam ſubiungamus huius verificationis innocentiæ & munditiæ Chriſti rationem, ſit autem hæc: vt nobis perſuadeat, quales nos eſſe debeamus qui ſeruos eius nos eſſe gloriamur, & in eius viuimus Eccleſia, cui ipſe vt caput præſidet. Venit ipſe Rempublicam fundaturus Chriſtianam. Quales autem eſſe de-

1. Pet. 1. 16 bent huius incolæ? Reſpondet D. Petrus ſancti & vitæ innocentiâ commendabiles, capiti noſtro

Leuit. 11. 44. ſimiles dicenti nobis, *Sancti eritis: quoniam ego ſanctus ſum, Dominus Deus veſter.* Quocirca hoc

I. Chriſtus vult per omnia ſanctus proclamari. vnum inter alia quæ ſtudioſiùs voluit, vt de ipſo ſentiremus, hoc fuit, quod ſanctus eſſet innocens & immaculatus. Talem ſe ſpectandum præbuit Iſaiæ Prophetæ in illa viſione in qua ſe manifeſtauit factus homo ſedens in throno ſuæ humanitatis, quem circumcingebant Seraphini, de illo proclamantes canenteſque *Sanctus, Sanctus,* Iſa. 6. 3.

Sanctus, Publicare poterant & congruè quidem eius omnipotentiam, æternitatem, ſapientiam, gloriam: Sed illud vult clariùs demonſtrari, cognoſci, & publicari, quando apparet in mundo, nempe quod ſanctus ſit, id eſt purus nulla fuligine inquinatus imperfectionis, & nec ſemel quidem ſanctus ſed ter: vt enim expendit Diuus

Chryſoſtom. explicans illud Pauli: *Cum autem* Hom. vlt. Tom. 4.

ſubiecta fuerint illi omnia. In ſacris litteris numerus ternarius ſignificat vniuerſitatem. Sanctus 1. Cor. 15.

in cogitationibus ſuis, Sanctus in verbis ſuis, ſanctus in operibus ſuis. Id quod cecinit Dauid:

Iuſtus Dominus in omnibus vijs ſuis, & ſanctus in Pſ. 144. 17.

omnibus operibus ſuis. Notandũ illud *in omnibus,* Quòd in omnibus & per omnia in omnibus operibus ſuis in omnibus verbis ſuis, in omnibus cogitationibus ſuis, in omnibus ſanctus eſt.

Hoc principale fuit intentum, ad quod Dominus aduentum ſuum præordinauit, vt nimirum cogitationes, molimina, & Satanæ diſſolueret aſtutias. *In hoc apparuit filius Dei, vt diſſol-* 1. Ioa. 3. 8.

II. Diaboli intentum eſt homines perdere. *uat opera diaboli.* Teſtatur Diuus Ioannes, quid intendebat diabolus? Omnes detrudere in infernum, & vt nullus ſedem occuparet vllam cæleſtem ex qua ipſe eiuſque aſſeclæ eiecti perierunt. Iter autem ad hoc peccata ſunt. Quo credis te tendere, qui ſic impudicus pro libidine tua ad tales feſtinas ædes, & tu qui iniquis contractibus velut alis ad pecunias acceleras aue celerior? Tu verò voluptatum tuarum ſectator acerrimus, niſi ad infernum:

Eccleſ. 10. Philip. 3. 18. *Ad infernum quo tu properas:* ſic talibus minatur Spiritus ſanctus: *Quorum finis interitus:* ſic Diuus Paulus. Eo fine contendit Satan omnes homines immundos reddere peccatores, Deoque dete-

III. Ad hoc illi Deos proponit peccatores nefandiſſimos. ſtabiles. Vt autem hoc aſſequeretur, hac praualuit inuentione, de qua heri diximus, vt ſcilicet homines tanquam Deos venerarentur illos quos mundus agnouit vt nequiſſimos, impudiciſſimos, peruerſiſſimos, & venundatos vt facerent malum.

Lib. 4. de ciuit. c. 8. vſque ad 21. l. 4. c. 22 Diuiniſſimè diſcurrit Diuus Auguſtinus de Gentilium idolis numeratque multitudinem eorum infinitam, quæ muſcas numero ſuperabant. Marcum Varronem à diligentia laudat quem bis hoc nomine honorat *Acutiſſimus,* Conatus eſt hic vir doctiſſimus, teſte D. Auguſtino non leue populo Romano (vt ipſe affirmabat) præſtare beneficium conſcribere ſcilicet ſingulorum Deorum faſtus, & quid ſibi quiſque duceret honori & gloriæ, nec non quæ ſibi ſacrificia præ cæteris placerent; conſcripſit igitur hi-

ſtoriam

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK PADERBORN

ſtoriam Deorum, quam tamen non licebat inſcribere *Flores Sanctorum*. Non ſancti erant, ſed adeo nequam, vt ſicut nobis vtilis eſt hiſtoria Sanctorum, in quantum nos mouet ad eorum ſectanda veſtigia; ſic & illa pernitioſa fuit in quantum eorum vita iniquitatibus, impudicicijs, homicidijs & proditionibus ita plena redundabat, vt ipſe auctor ſupponat ſe omnia non audere ſcribere, quæ de ipſis fama vulgauerat: ne ex hoc viliores haberentur, & eſſent populo ſcandalum: quidam enim eorum omni ſcelerum genere conſpurcati erant deteſtabiles. Iupiter laſciuus audiebat & inhoneſtus, earum omnium violator puellarum impudicus, quas mundus celebrabat vt ſpecioſiſſimas. Mars adulter, & ſator diſcordiarum: Saturnus filiorum ſuorum homicida: Venus cuius adulteria numerum capitis ſui crinium euincebant: ſic vt ipſe Marcus Varro conceſſerit quòd tales Deos, eorumque ſcelera hominibus depicta proponere, damnum adferret ineffabile.

IV. Deorum deteſtanda crimina.

Hoc commentus eſt diabolus, vt heri dictum eſt, quatenus per illud homines induceret, vt nedum ſe talibus inquinarent criminibus, ſed inſuper, vt de ipſis ſe impudicè iactarent: cum maior non poſſet eſſe gloria, quam virum dij ſui ſectari veſtigia: quocirca dixit Salomon inuentionem idololatriæ mundum peruertiſſe vniuerſum, & Rempublicam peccatorum verius, quam hominum inſtituiſſe: *Initium fornicationis & exquiſitio idolorum, & adinuentio illorum corruptio vitæ eſt.* Nolim vobis orationem ſubtrahere D. Gregorij Nazianzeni in qua impugnat acriter idololatriam: *Stulti idolorum cultores, qui ijs vitijs veſtris ſuoſidium excogitaſtis, vt flagitioſos, mendaces ſicarios, verſutos, & fluxioſos, periuros, raptores, cinædos, adulteros, pedicones, Deos vobis fingeretis: nec eo contenti, vitijs etiam ipſi ſacra inſtituiſtis, alios nimirum atque alios, alijs atque alijs: ſceleribus flagitijſque nobiles & præpotentes diuinis honoribus afficientes: ex quo illud efficitur vt non ſolum impunitum maneat quodius crimen, ſed etiam laudabile atque honeſtum habeatur veluti Deo qui id coluit, gratum & iucundum.*

Sap. 14. 12.

D. Greg. Naz.

☞ 35 Aduenit Dei Filius & hoc illi in votis eſt, vt homines ad cælum ducat, faciatque Patris ſui heredes regnorum legitimos. Quæ eſt via eo tendens? Sanctitas vitæque puritas. Suſtulit Angelus Domini Diuum Ioann. Euangeliſtam in montem excelſum, vt cæleſtem illi ſpectandam præberet ciuitatem: Videt illam adeo pulchram, adeo pretioſam, adeo ſplendidam, vt ſtupefactus hæſerit. Dicit ei Angelus viden' hanc ciuitatem? hoc ſcito. *Non intrabit in eam aliquod coinquinatum aut abominationem faciens. Foris canes, & venefici, & impudici & homicidæ & idolis ſeruientes, & omnis qui amat & facit mendacium.* Sic Deo eidem Apoſtolo, quondam oſtendente quales eſſent huius ciuitatis oppidani: ait ipſe, quòd eoſdem viderit *Amictos ſtolis albis* niue candidioribus. Ne tibi perſuaſeris, huc intrare te poſſe ſordidiſſime ſenſualis nec tu pauperum ſanguiſuga, nec tu dignitatum ardelio, nec tu pecuniarum ſitientiſſime, nec tu ſacrilege periurator, nec tu luxurioſe adulter, nec tu fraudulente fœnerator: hoc etenim eſt (inquit Apoſt. Paulus) vt primum ſtatuendum fundamentum: *Hoc primum intelligentes quod omnis fornicator, aut immundus, aut auarus, quod eſt idolorum ſeruitus, non habet hereditatem in regno Chriſti & Dei.* Vt nos ſanctos faceret hanc Eccleſiæ ſuæ fundauit Rempublicam: quamuis autem plures ſint in ea peccatores, illis tamen, vt ſancti ſint, neceſſaria ſubminiſtrat.

V. Aduenit Chriſtus vt omnes redderet Sanctos.

Apoc. 21. 17.

Apoc. 21. 25.

Apoc. 19.

Apoc. 9.

Epheſ. 5. 5.

Licet nobis effari (ex mente Diui Gregorij) quod de illo pronuntiauit doctiſſimus ille vir Eliu amicus Iob integerrimus: *Ecce Deus excelſus, in fortitudine ſua, & nullus ei ſimilis in legiſlatoribus.* Multos Principes & Philoſophos inuenimus Reipublicæ inſtitutores, illi tradentes inſtituta. Mercurius Triſmegiſtus fundauit Ægyptios: Feroneus Græcos, Licurgus Lacedemonios Solon Athenienſes: Numa Pompilius Romanos & plures alij, quos recenſet D. Iſidorus. cæterum neminem inuenies, qui cogitauit fundare Rempublicam, vel ſtatuta præſcribere, vt ſanctos redderet in ea commorantes: quoſdam lego inſtituiſſe congregationes in quibus homines euaderent viri doctiſſimi: alios quatenus ſanitate gauderent aſſidua: alios vt dexteritate valerent armorum: alios quatenus inſtituerentur ceremoniæ & ſacrificia quibus Pſeudodeos terræ venerarentur: alios quatenus ciues in pace & quiete in mundo viuerent: verumtamen vt populum efficeret ſanctum, mundum, & impollutum (præter Chriſtum) ſcio neminem. Ædificatores quidem legimus ciuitatum vt regni ſui limites longius extenderent, qualis ſcribitur fuiſſe Pharao, hic enim extruxit Phiton & Ramaſſen: vel vt illud præmunirent, ſicut Nabuchodonoſor ciuitatem reparauit Babyloniæ *In robore regni.* Porro præcisè, vt eſſent ſancti vnicus legitur Chriſtus: eo namque fine ſuam ædificauit Eccleſiam, fundauitque regnum: *Vt eſſemus ſancti*

Lib. 27. Mor. c. 1.

Iob 36. 22.

VI. Multi varijs finibus erexerunt Reſpublicas.

L. 1. Etijmolog. c. 1.

VII. Solus Chriſtus vt eſſent ſancti.

Dan. 4. 27

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

cti & immaculati coram eo in charitate. Quamuis autem, vt quis ſit Eccleſiæ militantis membrum, ſufficiat fides, quæ vinculum quoddam eſt, quo fideles viuimus: verùm vt membrum ſit triumphantis, vita requiritur immaculata.

Ad hoc quid non fecit? eo fine laborauit, ſudauit, vigilauit, paſſus eſt: Eo fine ſanguinem ſuum effudit, vitam ſuam animam, & tandem
Tit. 2. 14. ſeipſum in mortem dedit ignominioſam, *Dedit ſemetipſum pro nobis, vt nos redimeret ab omni iniquitate & mundare ſibi populum acceptabilem, ſectatorem bonorum operum.* Sic ſcribit Apoſtol. Tito diſcipulo ſuo, illique præcipit vt hæc proponat, & prædicet, & pro themate ſumat eorum quæ docenda ſunt, ut fideles exhortetur: quatenus bonorum operum ſint ſectatores: *Hæc loquere & exhortare.* Si noſſe deſideres quid prætenderit dum ſanguinem ſuum profudit puriſſimum, ſcias fuiſſe vt exhiberet:
Epheſ. 5. 27. *Ipſe ſibi glorioſam Eccleſiam non habentem maculam, aut rugam.* Etenim realiter, quantum eſt ex parte lauatorij ſufficiens ad hoc inuenitur, & eius virtute ſunt in Eccleſia Sancti, non habentes maculam aut rugam, quos omnes præcellit Virgo puriſſima Dei Mater inuiolata: Eo intento fontem produxit ſacratiſſimi ſanguinis ſui, cuius virtus iugiter manat, nobiſque per ſacroſancta communicatur Sacramenta, de quo fonte illud intelligamus, & bene quidem, oraculum Zachariæ:
Zach. 13. 1 *In illa die erit fons patens domui Dauid, in ablutionem peccatoris & menſtruata.*

Ho. 13. in varios locos Matt. Iſai. 1. 26. Hinc vt notat D. Chryſoſtomus vocat Iſaias Eccleſiam ciuitatem iuſtitiæ: *Vocaberis ciuitas iuſtitiæ,* iuxta lectionem Septuaginta, vbi noſtra vulgata legit *Ciuitas iuſti, ciuitas ſanctitatis & iuſtitia:* Dixit Iſaias quod alij ſcribunt: *Ad iuſtitiam.* Regem conſidera qui ſolum hoc à ſubditis ſuis expoſcet vt ſancti ſint, & iuſti: non ab illis requiret aurum, vel argentum, vel alia vectigalia, quam vt ſancti ſint & iuſti. Appoſitè ait, vt attendamus, *Ecce*: etenim ſingulare eſt in Rege, tam amicum eſſe ſanctitatis, vt nihil aliud magnifaciat, nec æſtimet, nec tuam ambiat nobilitatem, nec tuas appetat diuitias, nec tuam quærat ſapientiam ſed tuam tantummodo ſanctitatem. quantumuis enim in mundo magnus habearis, ſi peccator es coram diuinis ſuis oculis te nihili facit, habetque abiectiſſimum:
Pſ. 14. 4. *Ad nihilum deductus eſt in conſpectu eius malignus.* Nec pluris æſtimat peccatores, licet monarchas, & ipſam terræ nobilitatem, quàm tu ſaliuam, quam ore tuo expuis vt immundam:

VIII. Eccleſia dicitur ciuitas iuſtitiæ.

Reliquas gentes dixiſti, tanquam nihilum & tanquam ſaliuam. Eſt autem in hoc adeo ſingularis ipſe, vt amicum ſibi familiariſſimum, quamprimum in peccatum labitur, à ſe protinus expellat: his minis Regem perterruit Ieconiam: 4. Eſd. 6. 56.
Viuo ego: quia ſi fuerit Iecontas annulus in manu dextera mea, inde euellam eum. Hiere 22. 24.

Eo igitur animo ſuam fundauit Eccleſiam, vt omnes in ea eſſemus immaculati: hoc regnum eſt ſalutis, de quo Zacharias Pater Diui Ioannis Baptiſtæ quod erexit in mundo nobis omnibus ad ſalutem: *Erexit cornu ſalutis nobis, &c. vt ſeruiamus illi in ſanctitate & iuſtitia coram ipſo omnibus diebus noſtris.* Vſitatum etenim eſt in ſacra pagina ſignificari regnum nomine cornu multis de cauſis: quas conſultò præterimus & ſub hoc ſymbolo Danieli omnia mundi regna repræſentabantur in eum finem reliquit in Eccleſia, tot tamque cæleſtia Sacramenta. Ad hoc intrantes nos in Eccleſiam lauat in Baptiſmate: ad hoc pœnitentiam inſtituit, tot Sacerdotes & Prælatos, vt vita ſimus puriſſimi, ſicut igitur diabolus, vt homines redderet peccatores, illis præfecit eos quos omnibus conſtabat enormium ſentinam eſſe flagitiorum: ſic Chriſtus, vt nos redderet immaculatos, ſeipſum offert, qui Deus noſter eſt ſic ab omni peccato immunem vt de ea velit fieri verificationem dicendo: *Quis ex vobis arguet me de peccato?* Videtur enim ſpectare, quod doctiſſimus Eliu poſtquam dixerat neminem, illi in legiſlatoribus eſſe comparandum, ſubiungit: *Quis poterit ſcrutari vias eius? Aut quis poteſt ei dicere, Operatus es iniquitatem?* Vita legiſlatoris oportebat, vt exemplar eſſet, quo ſancti redderemur. Quis poterit, illam perſcrutando defectum in ea reperire? illam probe conſidera, recognoſce, perſcrutare: *Quis ex vobis arguet me de peccato?* Vitam meam, Chriſtiani mei perpendite, videte an ex me vindictam, impudicitiam, odiumque didiciſtis? concinnè hic quadrat quod ipſe nobis dicit, *Venite poſt me, &c.*

IX. Eo animo fundata nobis eſt, vt ſimus ſancti. Luc. 1. 69. Dan. 7. Vide T. 4. in ca. 1. Luc annot. 65. Iob 39. 23

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

§. II. Quis ex vobis, *&c. Licet illi de Chriſto mala dicerent non tamen illum potuerunt arguere, non conuincere: parui namque refert illud ſine hoc.*

☞ 36 I. Quid ſignificet *arguere.* D. Tho. 2.2.q.4.2. 1. *Iud.v.13.*

NOtandem verbum illud: *Arguet. Quis ex vobis arguet me de peccato?* Arguere in ſacris litteris ſignificat conuincere vt exponit Diuus Thom. Sic dixit Patriarcha Enoch, vt refert Diuus Iudas Thaddæus quod Deus venturus ſit in iudicium: *Arguere omnes impios de omnibus operibus impietatis eorum quibus impie egerunt.* Hoc eſt, vt illos de ſuis conuincat iniquitatibus, Chriſtus non ait, quis ex vobis, dicet de me, quod peccatum habeam: ſciebat enim quòd omnes illi hoc de illo ſpargerent. Apprime nouerat ordinariam illis hanc eſſe de ipſo confabulationem: incantator eſt, necromanticus, homo vorator, potator vini, ſeductor plebis, Cæſari rebellis, Sabbatorum tranſgreſſor, quẽ maledicus non denigrat, quem conuitiis non vellicat contumelioſus, Publicanorum amicus, diabolo confœderatus. Porro pariter & hoc ſciebat, quod nullus illum poterat conuincere nec ea, quæ dicebat confirmare. Huic particulariter diuina ſtuduit ſapientia, vt numquam illi formare potuerint argumentum, nec quidem veriſimile Chriſti impugnans innocentiam, nec quidem ſuæ tempore paſſionis: quando illis Dominus & diabolis poteſtatem conceſſerat in eum agendi quidlibet, dicendo? *Hæc eſt hora veſtra & poteſtas tenebrarum.* Faciant, comprehendant, flagellent, ſpinis coronent, in cruce ſuſpendant, occidant; verum nullum faciant argumentum quo nec quidem apparenter, de peccato me conuincant. Hoc ſingulari conſilio notant Euangeliſtæ, dicentes plures contra Dominum teſtes inſurrexiſſe ſed eorum nullum potuiſſe, ne quidem veriſimiliter eum conuincere. *Multi teſtimonium falſum dicebant & conuenientia teſtimonia non erant. Nouiſſime autem venerunt duo falſi teſtes;* optimè inſtructi qui videbantur illum iuxta legis decretum velle conuincere, quæ ſic ſtatuit: *In ore duorum vel trium teſtium ſtabit omne verbum.* Nihilominus examinati illi in concilio, ipſimet licet eius inimici, & qui teſtes illos afferebant, cognouerunt quòd inter ſe minimè conuenirent, nec obiectum probarent: quocirca dimiſerunt illos. *Et non erat conueniens eorum teſtimonium.* Laborarunt impij illi, gigantesque ſuperbiſſimi turrim Babel contra Deum extollere: quo ſiue multi eorum conuenerunt, operique dedere principium: Intuetur illos Deus aitque: An ergo turrim illi ſatagunt, contra me ædificare: O quàm inſulſum ſtratagema! Qua ratione propoſitum eorum diſſoluemus? Confundamus linguas eorum, vt nec duo ſibi conueniant, nec alter alteri correſpondeat. *Confundamus ibi linguam eorum.*

II. Multa de Chriſto dicebãtur ſed non probabantur.

Marc.14. 57.

Deut. 19. 15.

III. Iudæi cõparantur ſtructoribus turris Babel.

Gen.11.7.

Conati ſunt illi turrim extruere mendacii in præiudicium Chriſti accuſantes eum quòd peccator eſſet, blaſphemus, ſeductor, dæmoniacus, homo vorax &c. Proinde mortis reus: ſuum cõuocant concilium, & ea intentione innumeros conflant miniſtros mendacij, teſtes inquam falſiloquos. *Multi falſi teſtes acceſſerunt,* ſed illos Deus non patitur etiam mendacium proferentes & teſtes periuros, vt in vna duo conueniant lingua, aut teſtimonium dicant conſonum: ſed vt ita patentes conſtet amborum diſcrepantia, vt nec duo ſibi conueniant & confirmationem faciant apparentem. *Et conuenientia non erant teſtimonia.*

IV. Lingua maledica damnat omnes.

Itaque parum refert ad caſum, vtrum hoc aut illud Chriſto obijciant, ſi illum de obiectis non poſſint conuincere: nam nihili refert quod hic vel ille verbis in tui obijcit iniuriam, ſi te non poſſit ex veritate conuincere. De quo non detrahit ſcurra, quem maledicus non denigrat, quẽ conuitijs non vellicat contumelioſus, cui flagrio non oblatrat? Nec ſtellam in cælo, nec hominem præterit in terra, quibus non loquax obganniat quos non temerarius condemnet. *Poſuerunt in cælum os ſuum, & lingua eorum tranſiuit in terra.* Nullum omittit Sanctum, ſed nec ipſi Deo parcit. *Et male locuti ſunt de Deo.* Illud ipſum conſidera: de quo non loqueris! Quis linguam tuam euadit immunis? Nec clericus, nec fraterculus nec iudex, nec puella, nec coniugata, quos non pertranſis. Eleganter deſcripſit David alterius linguam peccatoris malitiæ ſupra modum efficaciſſimæ. *Potens es in iniquitate, tota die iniuſtitiam cogitauit lingua tua, ſicut nouacula acuta feciſti dolum.*

Pſa.72.9. *Pſa.77.19.* *Pſal.51.4.*

Nouacula limata, qua ſibi barbam alius deradit, & nec canum quidem capillum, aut nigrum præterit, quem in vnico tractu exſcindit. Hoc parum refert, ſed caue tibi ne quod tibi imponitur ex ratione confirmetur, ne te de aliquo conuincant, arguantve peccato: ſed nec imprudenti tua cautione præbeas anſam, tuaque nimia libertate occaſio ſis, cur poſſint te conuincere vel de malo facto, vel de mali apparentia.

Lib.18. V. Non ſufficit accuſare. Hiſtoria.

Narrat Ammianus Marcellinus de quodam accuſato coram Imperatore Iuliano multis grauibuſque de cauſis, illo autem omnia negante, pars contraria bile commota grauiter ſic Cæſarem alloquitur. Cæſar inuictiſſime, quis in mundo habebitur culpabilis, ſi negare ſufficiat? Reſpondet alter. *Et quis innocens eſſe poterit, ſi accuſare ſufficiat?* Si dicere ſufficiat, nec Deus ipſe in cœlo innocens erit, cum non deſit qui Deum accuſet. Magnas habuit Deus vires, quibus ſuos proſternat inimicos: Non ſolum enim tonitru concitauit, ſed etiam fulgura miſit ardentiſſima. *Intonuit de cœlo Dominus & Altiſſimus dedit vocem ſuam: Grando & carbones ignis.* *Pſ.17.14.*

VII. Similitudo.

Quando nubes terrenis plena vaporibus horrendis inſonat fragoribus nõ parum commoueris, imo etiam te ſigno crucis obarmas. Verum ſi nonniſi tonitru ſit, tranſeat: non enim tibi nocebit ſicut nec grando, quem tibi alter adiicit, niſi in pilam ſolidetur: in fumum etenim euaneſcet, quem ventus in aera diſpergit. Quando ſimul cum tonitru ſpiculum apparet ignitum, ipſum eſt, quod turres dilacerat funditque fortiſſimas.

VIII. Cauendũ ne vera obiiciantur.

Si quando quiſpiam velut nubes paſſiones intonat, honori tuo derogando, tibique obganniendo nullo alio quam malitiæ ſuæ niſus fundamento, te modicè turbat & commouet; ſed flocci faciendum ne timueris, tuum interroga cor: an ſecurum ſit, an ratio ſit aliqua, ſaltem apparens tibi tale quid obijciendi, an realiter dederis occaſionem, vel malè agendo, vel tua indiſcretione. Inquire num talis ſis, qualem te dicunt, an anſam præbeas, vt dicatur vel malum de te credatur, vel de tua familiari nimis conuerſatione: nec tu pauperum ſanguiſuga, nec tu dignitatum ardelio, nec tu pecuniarum ſitientiſſime, nec tu ſacrilege periurator: nam in hoc caſu vel de malo, vel parua prudentia conuinceris. Si nihil ſit horum, fumum hunc veritas in aera diſſipabit.

IX. Conſiliũ D. Augu.

Quædam commota fuerat ſeditio religioſo conuentus S. Auguſtini omnes actutum inquietantur. Ratione huius præclara producit Diuus Auguſt. argumenta ſed vnum excellentius. Quid turbati eſtis, & cogitationes aſcendunt in corda veſtra filij mei deſideratiſſimi, quòd vos calumnientur, dicantque quod nedum probare non poſſunt, ſed nec ſubeſt ratio dicendi, nec illi præbuiſtis occaſionem? Deum audite per Prophetã ſuum vos monentem, vt hoc in caſu velut fumũ illud impauidi pertranſeatis. *Audite me qui ſcitis iudicium populus meus lex mea in corde eorum.* Vos prudentes, vos ſapientes, vos in conſcientia veſtra tutiſſimi. *Opprobria hominum nolite metuere, & detractione eorum ne ſuperemini, nec quod vos ſpernant, magni duxeretis: ſicut enim veſtimentum, ita per tempus abſumentur, & ſicut lana à tinea comedentur: iuſtitia autem mea in æternum manet.* Sic legit hæc verba D. Augu. linguas detrahentium nolite metuere, ſolis intentes mendacijs: non enim eſſe habent, non vires, nec poterunt ædificium quòd conſtet firmũ ædificare. Quis effrænis refrænet linguam? hoc ſatage ne radius ſeu fulmẽ ſit rationis efficax & veritatis: Cætera enim velut tonitru ſine damno euaneſcent. Hoc opinor dixiſſe Spiritum ſanctum, qui poſtquam diuinis quibuſdã ſententijs expoſuit, quam pernitioſa ſit mala lingua, cuius damnum peius eſt, quod agit quam ipſa mors, & quod dolorẽ ingerat ipſis ſerpentibus magis mortiferum; tandem ſic addit: *Obtinebit vias iniuſtorum, & in flamma ſua non comburet iuſtos. Qui relinquunt Deum, incident in illam, & exardebit in illis, & non extinguetur.* Obtinebit de malis mala lingua victoriam. Hoc etenim eſt *obtinebit vias iniuſtorum*, flamma eius non comburet iuſtos paſcetur, & ardebit in peccatoribus. Alludit ad ignẽ fornacis Babylonicæ, qui, vt videbatur, potens erat ad ipſum fundendum metallũ: Porrò licet flammis ſuis circumquaque iuuenes cingeret ſanctiſſimos, nihilominus per illos ambulabant illæſi, eo quod ros quidã cæleſtis illos protegeret: vnde prodierunt ita immunes & integri, vt nec capillus quidem vllum paſſus fuerit damnum, & ipſe Rex, qui illos fornaci iniecerat eorum prædicauit præco celſitudinem, verùm ita efficaciter ipſos Chaldæos apprehendit ignis vt combuſti in cinerem ſint redacti: cæleſti nãque rore carebant, quo defendi potuiſſent. Habeto tu cæleſtem ex parte tua rorem, nempe veritatem, & ſanctitatem: Quantumuis mala lingua flamma ſit adeo vorax, velut flammæ tartari (ſic enim eam deſcribit D. Iac. *Lingua ignis eſt, &c. Inflammat rotam natiuitatis noſtræ, inflammata à Gehenna*) tibi nequaquam nocebit: iã enim dixit tibi Dauid. *Scuto circumdabit te veritas eius.* Et quamuis te circumcingant illæ teſtium flammæ, te calumniantium, tandem ita mundus euades, & ab omni læſione ſaluus: vt totus te mundus ſit laudaturus.

Iſa.51.7. D. Augv. *Epiſt.337. Tom.2.*

Ecc.28.26

X. Malis nõ bonis maledica nocet lingua.

Iac.3.6.

Pſa.90.5.

Caue tibi, ne malus ſis, quales erant Chaldæi, inimici Dei nã ſi talis fueris, propria es materia, quã lingua cõprehendat, de quo male loquitur. Vnde te apprehendet ſic vt in cineres redigat, totumque conſumat. *Exardebit in illis & non extinguetur.* Si ignis ſcintilla in puluerem incidat

XI. Similitudo.

tormentarium, qui capiendo igni aptus ſit eius ardor illum apprehendit, accendit, & conſumit: Porrò ſi in fontem ceciderit pellucidum, ilico virtus eius & ardor deperit atque præfocatus extinguitur, Chriſto non nocent maledicæ Phariſæorum linguæ: cum enim nullum eſſet in eo peccatum, illum non poterant de peccato conuincere. Dixerat illis, quod filij eſſent diaboli, & eorum hæc eſſent deſideria perficiendi ea quæ diabolus illis ſuggerebat: Sparſerũt illi de Chriſto, quòd ſeditioſus eſſet & peccator, populumque deciperet. Quibus Chriſtus: Eia agite non ſolum audiatur tonitru, non ſatis ſit accuſare; ad rationem procedamus. Vos proditores nubibus comparo, quæ tonatis, mihique derogatis, & quæ cumque vobis in buccam veniunt, veſtra in me effutit iniquitas: videamus an vel veſtigium vllum ſit rationis, quod conuincat. *Qui ex vobis arguet me de peccato?* Nullum vos habetis contra me: verum ego in vos produco: nam intono, & tonitrua mea radiis ac luce ſociantur: hoc quod dixit Habacuc iuxta lectionem, quam ſequitur D. Gregor. *Sagitta tua in luce.* Hoc quod dico luce illuſtratur rationis, vobiſque claré probauero, filios omnes vos eſſe diaboli. De hoc Phariſæos Chriſtus hoc in Euangelio conuincit, vt modo dicendum.

§.12. *Supponit Chriſtus quod dicat veritatem tam ex eo, quod ante probauerat quam ex eo quod ſequitur ex illo quod modo confirmat.*

☞ 38 I. Iudæos Chriſtus ſimilitudine lucis conuincit.

SI *veritatem dico vobis, quare non creditis mihi.* Oſtendit illis Chriſtus quòd magno crimine rei tenerentur q. d. intremus in iudicium, ſi quando per mundum clariſſimi lucis ſolis radii diſperſi reſplendent vos tamen illos minimè videatis: indubium eſt, defectum hic reperiri, ſed hic nequaquam in hoc eſt. Illa etenim puriſſima eſt, nullusque in ea defectum poteſt inuenire, veſtris igitur oculis eſt imputandus. Hoc argumentum firmat Spiritus Sanctus in eo quod contigit Ægyptiis. Tota terra puriſſima ſolis luce perfundebatur, & ſoli illam non videbant Ægyptij: igitur in oculis eorum obſcuritas erat & tenebræ & nequaquam in luce: *Omnis orbis terrarum limpido illuminabatur lumine, &c. Solis autem illis ſuperpoſita erat grauis nox.* Sol ſum ego: radios etenim lucis adeo claros exhibeo, vt etiam illi qui ſine oculis nati ſunt, illos videant. Tanta eſt eorum puritas, vt nec atomum

Sap. 17, 9.

proferre poſſitis, quo vel maculentur vel obſcurentur, & cum vos tales ſitis, illos minimè videtis, igitur in vobis defectus eſt, veſtræque hoc culpæ adſcribendum.

II. Chriſtus ſupponit vt verum quod veritatem dixerit.

Verùm, Domine mi ſalua reuerentia, non illos ex ratione redarguis: tibi namque obiicient ſuppoſitum tuum eſſe probandum, nempe quòd illos doceas veritatem. Hoc enim frequentius in ore habent, quòd nedum non dicas veritatẽ, ſed te accuſant vt impoſtorẽ, & turbæ ſeductorem, ſic multos audio conquerentes. *Seducit turbas.* Et quando poſtmodum Pilato libellum obtulerunt ſupplicem hoc te nomine compellarũt. *Seductor ille.* Quid hic D. Augu. *Hoc appellabatur nomine Dominus Ieſus ad ſolatium ſeruorum ſuorum, quando dicuntur ſeductores.* Si hoc tibi exprobrant, hoc quod principaliter videtur à te eſſe probandũ eſt, quòd veritatem dicas, & hoc non confirmas, ſed ſupponis: *Si veritatem dico vobis* & hanc tibi negant ſuppoſitionem. Ad hoc primo reſpondetur: quod iam Chriſtus Dominus hoc illis ſæpe teſtatus fuerat in variis cum illis occaſionibus: vnde ſciebat, quòd ſuppoſitum illud nequaquam illi negarent, ſicut nec illi negarunt.

Ioa. 7. 12.

Matth. 27 63.

In Pſ. 63.

III. Quia ſæpe, ſed fruſtra, conati ſunt eius refellere doctrinã.

Aliquoties illum, conuenerunt diſputandi gratia, eiuſque euertendi doctrinam & ſemper rubore confuſi diſceſſerunt. Quando in Synagoga mulierem erexit incuruam in Sabbato, ſurrexit in eum Princeps Synagogæ, totaque Doctorum mala colluuies, vt cum eo diſputarent & probare conati ſunt opus illud, vtpote in die feſto eſſe illicitum Dominus autem ita cunctos euidenter conuicit, vt erratici abierint confuſione non minima perterriti, in totius populi Synagoga, qui voce elata opera eius verbaque declamauit: *Erubeſcebant omnes aduerſarij eius, & omnis populus gaudebat in vniuerſis, quæ glorioſè fiebant ab eo.* Dum alias in templo doceret, omnes in eum inſurgunt Principes Sacerdotum, totaque Doctorum vniuerſitas, quibus ſe comites adiungebant ſeniores populi. Et hoc quod noſter textus habet: *Conuenerunt* Græcus legit: *Adorti ſunt:* omnes illum aggrediuntur infiniti & auctoritate pollentes, & Chriſtus ſolus ac pauper adſtabat, eum igitur & redarguunt ſtudentque probare non benefactum, quod ipſe faciebat: ſed ad vnum verbum, quod illis propoſuit, obmutuerunt omnes: neſcii qua parte tutiùs euaderent,

Luc. 16. 13.

Vt vident quòd eum nequeant aperto marte ſuperare, traditiones moliti ſunt, & technas, more vulpium; quocirca Principes Phariſæorũ ad

illum

illum miſerunt quoſdam adiunctis Herodianis, vt eum caperent in verbo. & doloſa irretirent interrogatione: An licitum eſſet illis, qui Dei populus erant libertimus, terreno ſubiacere Cæſari, ſoluendo vectigal; hic laqueus eſt ineuitabilis, aiebat illi, in quamcumque ſe vertat partem, in illum incidet: vel Cæſarem offendet, ſi partem propugnet negatiuam, vel populum, ſi affirmatiuam: doctrina autem, qua reſpondit illis, adeo fuit excellens, vt nihil opponere potuerint &

Luc. 20, 14 obmutuerint *Et non potuerunt verbum eius reprehendere coram plebe & mirati in reſponſo eius tacuerunt.* Confuſis eis & abeuntibus, acceſſerunt Sadducæi, quæſtionē proponentes ſuo iudicio, inexplicabilem, qua omnem eius doctrinam eludere præſumpſerunt, quam de reſurrectione propalabat. Verumtamen tanta claritate eorum conuicit errorem, tantumque diuina eius reſplēduit ſapientia, vt teſte Diuo Luca Euang. Scribæ, Doctores, & Sacerdotes eadem conuicti ve-

Luc. 20. 39 ritate, publicè faterentur. *Magiſter bene dixiſti: & amplius non audebant illum quidquam interrogare.* Quamuis autem hoc ea dixerint tempeſtate: confeſtim tamen malitia ſuperbiſſimi eius conati labefactare doctrinam, conuenerunt in vnum omnes ſapientia illuſtriſſimi & mente ſubdola irruentes cœperunt cum illo diſputare circa Meſſiæ genealogiam, tantaque illos Chriſtus doctrina repulit, vt os omnibus obſtruxerit, nec eſſet quis adeo temerarius, qui cum illo congredi præſumeret, aut aliquā circa doctrinam eius

Mat. 22. 46. dubiam mouere quæſtionem. *Et nemo poterat ei reſpondere verbum: neque auſus fuit quiſquam ex illa die eum amplius interrogare.* Itaque ſicut illi peruerſi nebulones in abſentia Chriſti, eum calumniabantur, vt peccatorem & hoc quidem ita pertinaciter vt dicerent ſe hoc ex certa habere

Ioan. 9. 24 ſcientia. *Nos ſcimus quia hic homo peccator eſt*, tamen coram eo ſtabant elingues, nec quidquam eius operibus habebant opponendum, & dum illos interrogat: *Quis ex vobis arguet me de peccato?* Illi ipſi, qui ſic pleno ore ſpargebant, quòd peccator eſſet, non inueniebant quod illi peccatum opponerent. Ita quantum ad veritatem tam erat indubitatum quòd illam doceret, vt coram illo nunc conſiſtentes non illi auſi id fuerint negare. Hoc vitio laborat plebs abiecta, mēdax, etenim in tua abſentia, pica ſunt loquaciores: te autem præſente, vel alio qui reſpondeat illis, vt lapides obmuteſcunt.

IV. Abſente Chriſto multa criminabantur ſed eo præſente tacebant.

V. Tales vídeo Dauidis inimicos, qui à tergo cuncta eius damnabant opera, & mille in eum facinora blaterones obiiciebant, tanta audacia ac pertinacia, vt iuramento illa confirmarent, attamen in conſpectu eius, qui verbum loqueretur, nullus erat, nec qui eum calumniaretur: ſed quidquid agebat cuncti deprædicabant, *Qui* Pſ. 101. 9.
laudabant me aduerſum me iurabant. Eo ipſo confirmatur, quòd mendacia falſaque obiiciant. Indicauit ille ſatis conformiter doctrina Ariſtotelis legitimam veritatis imaginem eſſe puellam alta ſtatura vnico vultu, vnoque ore quo tantummodo loquatur. Mendacii verò mulierem eſſe mille laruis contectam, multis vultibus, & multiplici ore, quæ vultum vnum verſus hanc, & alterum verſus alteram deflectat partem & quæ quod hoc ore pronunciat, reuocet altero. Propitius ſit mihi Deus, in quantis hoc locis inuenimus.

V. Tales patiebatur Dauid.

Dico ſecundò: procedit Dominus prudentiſſimè, & neruoſis ac concatenatis rationibus: quia ex eo quod iam ratum oſtendit quod nullum ſit in eo peccatum, patet manifeſtè, quod mendacium non loquatur: omne namque mendacium peccatum eſt. q. d. bonus ego ſum & non eſt iniquitas in me: ergo veritatem dico: magnus etenim defectus eſſet proloqui mendacia. Sic ſe res habet, quòd bonitas & veritas pari paſſu ſic procedant, vt vna perfectè non inueniatur ſine altera, & vna deficiente deficiat altera. Sic ſunt vnanimes vt Spiritus ſanctus habeat velut verba ſynonyma eſſe bonum & eſſe verum: bonum facere, & dicere veritatem. Ait Chriſtus, *qui facit veritatem venit ad lucem* Do- Ioa. 3. 21.
mine nonne melius dixiſſes *qui facit bonū?* Hoc ipſum intendo dicere cum enim ſint bonitas & veritas, ita conbinatæ: vnam nomine compello alterius: & illa phraſi multa ſunt S. Scripturæ teſtimonia Hinc eſt, quòd in mundo tam modica ſit veritas, quia tam modica reperitur bonitas, ſi bonitas diſcederet, & emigraret: pariter veritas de terra emigraret.

VI. Bonitas & veritas congrediuntur.

Hoc ſuo tempore moleſtè deplorabat Dauid. 3.
Saluum me fac Deus: quoniam defecit ſanctus. Heu Pſa. 11. 1.
Domine mi manum præbe ſubſidiariam: etenim defecerunt Sancti, vix vel vni bono occurram, peruerſis mundus repletur peccatoribus. Hæc eſt doloris occaſio Ieremiæ: *Contritum eſt cor* Hier. 23. 9
meum in medio mei, & contremuerunt oſſa mea, &c. Quia adulteris repleta eſt terra.

VII. Deficiunt ſancti.

Quid ſperandum, ſi de domo tollantur fundamenta? De terra tolle ſanctos, quid erit de mundo? hoc lugebat Ozeas. *Maledictum & men-* Oze. 4. 2.
dacium, & homicidium, & furtum, & adulterium inundauerunt &c. Et ſanguis ſanguinem tetigit. Heu quanta calamitas, & quantopere opus eſt,

Domine

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Domine mi, tuo in hoc mũdo præſidio. Etenim omnia peccatis ſceleribuſque permiſcentur. Et quid ô Dauid, ex Sanctorũ ſequitur defectu? *Diminutæ ſunt veritates à filij hominum. Vana locuti ſunt vnuſquiſque ad proximũ ſuũ.*

VII. Ergo & veritas, & abundat mendacium.

Vix vlla ſupereſt veritas: Implent omnia mẽdacia, fraudes, imposturæ, offẽdicula, vana cũ proximo colloquia. *Vana.* Sumit metaphoram à nuce, quæ adeo pulchra, & integra videtur, intus autẽ inanis eſt & vana: nihil enim ex iis quæ cortex ille demonſtrabat, intus inuenitur. Quibus verbis homines ſibi mutuo loquũtur? quæ promiſſa? quæ demõſtrationes? quales apparentiæ? dicere, quòd alter viſcera ſua paratus ſit effundere: & alter proteſtatur quòd eius, cum quo loquitur, commodum deſideret magis quã propriũ. Hic conatur tibi perſuadere quòd nõ tanta, quanta illa erga bonũ tuũ feraris ſollicitudine; ſed nuces ſunt inanes & fraudulentæ, mendaciũ eſt, fictio eſt, proditio eſt, impoſtura eſt. *Vana locuti ſũt vnuſquiſque ad proximũ ſuũ.* Nobiliores audi ſuas proponentes rationes: quot ſiniſtris laborant intentionibus? Optimates quot impoſturis? Mercatores quot fraudibus? Operarii quot periuriis? *Labia doloſa in corde.* In corde ſua habent labia, vt inde fraudes educant; quos cor non mouet, niſi vt proximum circumueniant. Quot mulieres à ſuitoribus exploſæ? Quot operarii à fœneratoribus ad extremam detracti paupertatem? Quot litigantes deluſi ab Aduocatis? Quot Principes excepti ab adulatoribus? Ab eo veritatem non exſpectes, in quo nulla reſidet bonitas. Quoſdã conſiderat Propheta Iſaias ad nihil aliud vacãtes, quàm ad nequitias, & iniquitates, ex quo ſequebatur vt quidquid dicerent, mendaciũ eſſet,

Iſa. 59. 3. dolus, & impoſtura: *Manus veſtræ pollutæ ſunt ſanguine, & digiti veſtri iniquitate: labia veſtra locuta ſunt mendacium, & lingua veſtra iniquitatem fatur.* De manibus adeo ſordidis, vt vſque ad digitos ſanguine polluantur, quale obſecro tibi ſperandum, niſi quòd mendaciorum, dolorum, & technarum ſentina ſit execranda?

VIII. Antiquus mos ſãciendi contractus.

Notat D. Chryſoſto. tranſactorum temporum ſinceritatẽ, quãdo bonitas ſincera vigebat, quàm ſecuro paſſu in contractibus & maximi ponderis conuentionibus veritas incedebat. Hoc agebãt, eratque hic mos: lapidem erigebant in ſignum, quòd pars quælibet ſuo ſtaret fidelis firmaque contractui. Simile quid legimus in contractu quem Laban cum ſocero ſuo Iacob iniuit: ad illius enim confirmationem, notarios publicos non adſciuerunt, non alias conſcripſerunt tabulas, aliud nihil fecerunt quam quod lapidem erexerunt. Suffciebãt, quãdo aliquid aſſerebatur lapis in teſtem: & hæc erat ſtipulatio ſecuriſſima. Etenim certum erat quòd nullus verbo ſuo fallax eſſet defuturus. Modo notarij, rata, inſtrumenta, teſtes, non ſufficiunt tot intricantur verba cauillationibus, & mendaciis, hic ad id, quod clarum eſt, perturbandum inſtruuntur ingenia.

IX. Hæreſis contra veritatem ex vita peruerſa.

Poſſemus hic quo vndam noſtrorum vicinorum expendere calamitatem quos in noſtro ſæculo vidimus, qui etiam in Dei veritate defecerunt, fidem intelligo, & illis columba illa diuina auolauit & calamitatibus attriti ſunt quas ob hæreſim paſſi ſunt; quarum hæc cauſa eſt; quòd illis bonitas defecerit, quodque ſe omnigenis tradiderint iniquitatibus, in quibus hoc impletur Apoſtoli quod de quibuſdam ſui temporis ſcripſit, quod nempe: *Bonam conſcientiam repellentes circa fidem naufragauerunt.* 1. *Tim.* 1. 19.

40

X. Duæ ciuitates veritatis & mendacij.

Cæterum ne ſuperfluè diſcurſus hic extendatur, hoc ſolum adnotauero, binas in Prophetis nobis ſignari ciuitates. Quarum vna vocatur ciuitas veritatis, & altera mendacii. In ciuitatem veritatis quæ cauſa eſt cur mendacium nequaquam ingrediatur niſi ſanctitas & bonitas? Et in ciuitatem mendacii, quis ingreſſum prohibet veritati niſi malitia? loquitur Zacharias Propheta *Zach.* 8. 3. da ciuitate veritatis à Domino Deo fundanda, & ait: *Vocabitur Ieruſalem ciuitas veritatis, & mons Domini exercituum, mons ſanctificatus.* Loquitur de Sancta Eccleſia ciuitate Dei. Hæc vocatur ciuitas Dei, hæc proprio nomine inſcribitur. *Ciuitas veritatis.* Eo quod hic ſecura tutaq; vrgeat veritas quæ ea de cauſa ab Apoſt. Paul. vocatur: *Domus Dei, columna, & firmamentum veritatis.* 1. *Tim.* 3. 15. Cæterum aduerte, quòd præterea dicatur etiam: *Mons ſanctificatus.* Hebræi legunt *Mons ſanctitatis.* Mons in quo ſic conſtanter radicata floret veritas, vt numquam in ea ſit defutura, quia: *Mons eſt Domini exercituum:* hic Deus reſidet, hic ſpiritus eius ſanctus, qui illam viuificat, & ſanctis legibus ſuis, ceremoniis ac ſacrificiis ſartam tectamque conſeruat: etenim certum erat, quòd ciuitas in qua floret veritas, ciuitas fundanda eſſet in omni ſanctitate & bonitate.

XI. Ciuitas ſanguinum.

Loquitur Propheta Nahum de ciuitate Niniue, & ſub eius nomine de mundo, quã ciuitatem vocat ſanguinũ mendaciis omnino refertã. *Ciuitas ſanguinũ vniuerſa mendacij.* *Nahu.* 3. 1. Primo vocat illã ciuitatẽ ſanguinũ: nã intelligẽdo in ſacra Scriptura per ſanguines peccata, iuxta illud Dauidis *Libera me de ſanguinibus.* *Pſ.* 50. 16. Idẽ eſt ac ſi dicat ciuitas iniquitatibus ſceleribuſq; farcinata. Hinc illã continuò vocat: *Vniuerſa mendacij.* Septuaginta ſcripſe-

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK PADERBORN

ſcripſerunt *Vniuerſa mendax.* Quod D. Hier. declarauit. *Tota plena mendacij.* Nihil aliud hic reperias niſi mendacia: nā manifeſtum erat quod cū plena iniquitatis regurgitaret, pariter & mēdacijs redundaret, & cum nulla eſſe bonitas, nec vlla futura eſſet veritas: talis enim mundus eſt, & talis vocari poteſt hæc ciuitas in qua viuimus, *Ciuitas ſanguinum.* Quot cædes, quot homicidia, quantus effuſus ſanguis per plateas viaſque defluens, quot impudicitiæ, quot rapinæ, quot iniuriæ illatæ iuſtitiæ, quot odia, quot factiones? Optime ſequitur *vniuerſa mendacij.* Plena fraudibus, referta periurijs, non eſt qui non contendat circumuenire proximum vicinumque ſuum illaqueare. Chriſtus Dominus noſter mons eſt ſanctus, totus ſanctus eſt ciuitas eſt veritatis & euidenter probat quod eam doceat, cum ſe ſanctum eſſe ratificet.

§. 13. *Corruit in mundo veritas, ſicut mulier Leuitæ in Gabaa, quam mali Chriſtiani inhonorant.*

☞ 14 *SI veritatē dico, quare non creditis mihi?* Hoccine percunctaris, optime magiſter cur tibi dicenti veritatē, fidē non adhibeant? Ignoras Dñe quòd potius eo ipſo tibi nō credēt quo dixeris illis veritatem? Quid minus hoc in mundo veritate creditur? Mendaciū vtique paſſim recipitur, mendacio fides ab omnibus adhibetur. Eſt illa Prophetæ Iſaiæ miranda ſententia: Totū contemplatur mundum, tantaque videt obrutū calamitate, vt in ea ſanum nihil inueniat, in ſin-

Iſa. 59.14 gulari autem ait. *Corruit veritas in plateis.* Quan-

I. Hiſtoria de vxore Leuitæ proponitur.

tum ſapio hiſtoriam illam tangit lamentis dignam, quam omnibus ſuis ornatam circūſtantiis enarrat Spiritus S. libro Iudicum capite decimo nono. Iuuenis quidam & opibus affatim diues Leuita, ſibi in vxorē ſumpſit puellam quandam vultus elegantia ſpecioſam: Illamque voluit in regionem ſuam abducere: montem etenim incolebat Ephraim. Iter ſuum aggreditur, & cum illi ſol occideret circa ciuitatem Iebus, quæ poſtmodum dicta eſt Ieruſalem; quam infideles incolebant Philiſtæi populus idololatra, ſic ſeruus ei loquitur: Domine mi iam patet, noctis nos obrui tenebris, hanc igitur ingrediamur, ſi placet, ciuitatem, in qua cū vxore tua tutus requieſcas. Nequaquam hoc fecero: reſpondet ille: non enim conſultum mihi videtur, meipſum vxorēque meam populo confidere ſcelerato, idololatræ, & infideli. Greſſum duplicemus & ad ciuitatem Gabaa vicinam peruenire ſtudeamus: hic enim populus habitat fidelis. *Non ingrediar oppidum gentis alienæ, quæ non eſt de filijs Iſrael, ſed* Iudic. 19. 12. *tranſibo vſque Gabaa, & cum illuc peruenero, manebimus in ea.* Tranſgreditur proficiſcitur & appellit in Gabaa, & ſibi perſuadens, quod humanius ab illis exciperetur, quàm ab infidelibus Iebus, illum exceperunt inhumanius. Cum enim iam nox eſſet, cunctique laudaſſent vxoris illius pulchritudinem, oſtium non inuenit apertū, nec quempiam, qui ſuam in domum vxorem recipere dignaretur. Tandem hoſpitio excipitur à ſeniore quodam agricola: verùm tanta ſubitò ferueſcit perſecutio, vt coactus fuerit vir ille miſeram producere vxorem, & publicè cunctis in plateis exponere. Bone Deus, quàm inhoneſtè in illam exarſerunt: dum enim eius ſinguli deſiderant amplexum, mille mulierem contumelijs & ignominiis affecerunt: dum vnus illam in hanc partem, alter trahit in alteram in tantùm vt dolenda coniux in plateis mortua corruerit. *Ibi corruit* ait Spiritus S.

Ad iſtud *Corruit:* Alludit Prophet: *Corruit veritas in plateis:* O veritas puella cœleſtis, nobiliſſima, de ſemine Dei, filia Spiritus ſancti legitima. *Veritas à quocumque dicatur* (ait D. Ambr.) *à* D. AMBR. *Spiritu ſancto eſt.* Sponſa Dei legitima qui ſic illi II. ſe vnit, vt dicat: *Ego ſum veritas*, formoſa & mun- Veritatis da, & ſana tantumque cunctis eius ſic placet for- encomiū. mæ elegantia, vt adoleſcens ille ſapiens dixerit: 3. Eſd. 4. 37 *Omnis terra veritatem inuocat, cœlum ipſam benedicit, & omnia opera mouentur, & tremunt eam, & non eſt cum ea quidquam iniquum.* In ſe conſiderata laudatur ab omnibus & extollitur, & qui primam illi ſedem deneget, video neminem. Sponſam illam ſuam Deus ſponſus in hoc mūdo peregrinus ſecum duxit, donec ad ciuitatem ſuam cœleſtem accedat, vbi cum illa regnet, nec vult illam collocare, vt inter infideles quieſcat, qui deprauatum habent intellectum vbi ipſa hoſpitium eligeret: *Tenebris habentes obſcuratum* Eph. 4. 19. *intellectum* (ait Apoſt.) *alienati à vita Dei per ig-* 2. Cor. 4. 4 *norantiam quæ eſt in illis propter cæcitatem cordis ipſorum. Excæcauit Deus huius ſeculi mentes infidelium, vt non fulgeat illis illuminatio Euangelij gloriæ Chriſti.* Illi parare locum voluit apud fideles vbi ſecurum videretur habitura hoſpitiū: III. Meliori namque ratione humanius fideles, quā Veritas à infidelis, debent excipere veritatem. Verumta- fidelibus men ecce qualiter eam excipiant. Omnes ſuffra- male excgantur: formoſa eſt à longè ſpectata, & primam cipitur. mereretur cathedram: nihilominus illam nemo in domum vult recipere. Tu videris an in aliqua

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

domo apertum inuenias oſtium veritati? Perambula Principum palatia, & in eis ad oculum regnat adulatio vigetque mendacium, idque tāta poteſtate conſtans, vt omnia ſua tormenta maiora veritatem direxerint, vt ſi forte impetum fecerit illam traijciant aut ſic perdant vt nec pulueres eius ſuperflui videantur.

IV. Amos prohibetur dicere coram Rege veritatem.

Prodit Propheta Amos ex deſerto Tecue & ciuitatem petit Bethel quaſdam Regi Ieroboam ex Dei nomine veritates expoſiturus quibus nō parū terretur. Intelligit hoc Sacerdos Amaſias, venundatus vt Regi adularetur. Prophetam adit iam ad palatium tendentem O vates, hinc ocius apage, & alias inquire regiones quæ præbeant aures veritati: hæc enim ciuitas eſt Regis, hic ſuum habet palatium, & eſt domus occluſa veritati ad quam nulli permittitur acceſſus dicturo veritatem. *Qui vides* (hoc nomine Prophetæ vocabantur. *Videntes*) *gradere & fuge in terram Iuda, & comede ibi panem, & prophetabis ibi, & in Bethel non adijcies vltra, vt prophetes: Quia ſanctificatio Regis & domus regni eſt.* Porro hæc perambula tribunalia. Bone Deus, heu quanto ſtudio portas occludunt veritati, falſis teſtibus, ſiniſtris informationibus, ſophiſticis allegationibus! vade ad tabernas & tentoria negotiantū ac mercatorū & ibidē inquire, dicentque tibi, quod domus illæ erigantur & diteſcant mendaciis & fraudibus, quod ſi verò ingreſſus pateret veritati, perirent & in extremam laberentur paupertatem.

Amos 7. 12.

☞ 4.
V. Veritas ab omnibus repellitur.

O ſancta veritas, matrona ſole formoſior, heu quòd te videam in foro iacentem, nec ſit, qui te colligat, & ſi forte ſit aliquis, pauper erit operarius, qui de opificio manuum ſibi victū & amictum lucratur, hic eius ſeruat ſimplicitatē agens cum ceſpitibus quam perderet ſi communiter inter homines cōuerſaretur, & nihilominus hinc extrahitur, & hic ex illa parte, alter ex altera eā impetit, vellicat, dilacerat, & omnes tantis ea n afficiunt iniuriis vt mortua concidat in plateis: *Corruit veritas in plateis.* Et velut mortua, nec loquitur, nec ſentit, nec ſe mouet, nec quis vocē eius intelligit, vnde liberè regnat mendaciū habetque pro ſe campum apertiſſimum. Illi portas quaquauerſum aperiunt, illud audiunt, illud auſcultant. Quàm gratus ille tibi eſt qui quatuor auribus tuis mendaces inſtillat adulationes? Quā arrectis cum auribus audis, qui te laudat, & tuos peruerſos canonizat agendi modos? quàm iucūdus ex illa techna, qua pauperem illaqueaſti? Et quàm excitatus ex illis mendacijs, quibus inhoneſtā decepiſti meretriculam? O ciuitas illuſtriſſima, heu quàm ex animo doleo, dū tibi conuenire video nomen illud, quod ante diximus impoſitum à Propheta Nahum ciuitati Niniue. *Ciuitas plena mendacij.* Mendaciis tota fafcinata cū in omnibus gratanter excepta ſint domicilijs De te, quantum noui, licebit dicere, quod olim Deus per eundem Prophetam Amos, oſtendens quantopere decem tribubus populi ſui in Samaria indignaretur: *Congregamini ſuper montes Samariæ?* ex quibus totam populi mei licet intueri multitudinem. Quid illi eſt, ô Domine: *Videte inſanias multas in medio eius, & calumniam patientes in penetralibus eius, & neſcierunt facere rectum, dicit Dominus, theſauriſantes iniquitatem, & rapinam in ædibus tuis.* Verbum illud *Inſanias* non tam ſignificat ſtultitias quàm tendiculas, fraudes, mendacia, impoſturas. Perpende mendacia quæ libere dominantur in optimatibus & purpuratis, hoc eſt *in medio eius*, oppreſſiones & calumnias quibus tota repletur hæc ſcaterque reſpublica: non immeritò de hac proloqui poſſemus ciuitate, quòd olim Dominus per Ieremiam de Ieruſalem. *Circuite vias Ieruſalem & aſpice, & conſiderate, & quærite in plateis eius, an inueniatis virum facientem iudicium, & quærentem fidem & propitius ero ei.* Pag. ninus. Vatablus & alii legunt *quærentem veritatem.* Quia vox Hebræa nedum ſignificat fidem ſed etiam veritatem. Eia igitur, inquit Dominus, totam hanc perluſtra ciuitatem & ſi vel vnum inueneris quærentem veritatem, Amen dico tibi, mille cumulabo eum beneficiis, Domine, an ergo multi non ſunt, qui iurant? Et quando iurat aliquis, an ergo non quærit & prætendit vt ſtatuatur credaturque veritas? Imo hoc ipſum, ait Dominus peſſimum eſt, ſæpe etenim grauiſſima mendacia grauiſſimis confirmantur iuramentis *Quod ſi etiam: Viuit Dominus, dixerint, & hoc falſo iurabunt.* itaque Domine, ſi percunčteris cur dicenti tibi veritatem non credant, reſpondeo quòd potiùs eo ipſo non credant. nā hæc peruerſa fuit huius populi conſuetudo, quam plangebat vates Ieremias quòd ex ipſo caſu, quo Propheta quilibet Dei illis veritatem intimabat, nequaquam illi credebant, imo vt mendacem arguebant, & cuilibet prophetæ falſiloquo, atque impoſtori, & quælibet illis proponenti pro libitu ſuo mendacia, fidem adhibebant.

Nahu. 3. 6.

VI. Applicatio ad quamlibet ciuitatem.

Amos 3. 9

Hiere. 1. 5.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

§. 14. *Admiratur in illis incredulitatem cum talibus operibus qualia viderunt, & noſtra admirantur opera cum tali credulitate: Simul expenditur miraculum Tenet.*

43 HÆc verba Domini perpendamus, *Si veritatem dico vobis quare vos non creditis mihi.* Illa etenim intelligere poſſumus, cũ vehementi dicta admiratione. Verbum illud *Dico* non ſignificat taliter & qualiter dicere, ſed cum claritate & manifeſta probatione. q.d. ſi vobis ob oculos propono veritatem ipſa luce clariùs, tot euidentibus certificatam miraculis totque excellentibus probatam prodigiis; *quare vos non creditis mihi*: Quis credat fieri poſſe vt cum ſit illa veritas, quàm vobis propono, adeo vobis ipſis ſpectantibus confirmata, non illi fidem adhibeatis? ſtupendium eſt vehementer tantam videre incredulitatem, tam euidentibus probationibus ſignisque conuictam, Et ſic admirabatur D. Ioa.
Ioa, 12. 37 & veluti ſtupore attonitus concludit: *Cum autem tanta ſigna feciſſet coram eis, non credebant.* Illud *tanta*, nedum ſignificat multitudinem, ſed etiam magnitudinem, ſicut vt virum exprimamus eminentem & illuſtrem, dicimus: *tantus homo.* Stupore dignum eſt, inquit Euangeliſta, cum Dominus tam multa tamque ſtupenda ediderit prodigia, quibus ex æquo veritatem à ſe propoſitam confirmabat, quod illi minimè crediderint.

I. Similitudine hæc Christi admiratio explicatur.

Quàm eſſet hoc admirandum videre quempiam oculis ita perſpicacibus vt muſcam perſpiciat, & à multis leucis candelam intueatur: ſi facem oculis eius proponeres, & illam minimè conſpiceret; quod ſi ſolem illi ſic directè opponeres, vt integris illum radijs ſuis illuſtraret, diceret antè, non illum intueor: in quo ergo defectus eſt? Vides candelam, & ſolem non vides quem tibi ſic habes oppoſitum? An ſoli imputandum? Illum intuentur, qui procul ſunt & lucem eius detegunt; tu vero adeo vicinus non illum intueris? obſtupendum foret. Et hic eſt Euangeliſtæ ſtupor, quòd oculos haberẽt adeo perſpicaces, quibus quælibet viderent quæ honorem illorum, opes, bonaque terrena ſpectabant, vt nihil eorum fugeret aciem oculorum: Solem verò diuinum oculis ſuis expoſitum radios euibrantem tantæ claritatis, vt eos intuerentur maximè remoti, gentiles: Centurio quidam, quædam Chananæa, quædam Samaritana illi verò omnino cæcutiãt illumque non intueantur, prodigium eſt. Nec miremur quod D. Ioann. obſtupeſcat, cum ipſẽ Chriſtus admiretur. *Mirabatur propter incredulitatem eorum.* Sicut enim fidem mirabatur eximiam Centurionis, qui nullis viſis prodigis, nullis miraculis, credidit: ſic eorum admirabatur infidelitatem quod tantis imbuti miraculis non illi fidem adhiberent. Mar. 16. 6

Hoc ipſum antiquitus mirabantur Prophetæ, qui attoniti hærebant hanc in ſpiritu præuidentes duritiam, & quòd oculos habentes talem, minime lucem intuerentur. *Audi popule ſtulte, qui non habes cor, qui habentes oculos non videtis.* Sic illis loquebatur Propheta Hieremias: negari non poteſt quin res ſit ſtupore digniſſima, & quàm meritò Chriſtus indicauit, dum illis ait: *Si veritatem dico vobis, quare vos non creditis?*

II. Et noſtra pariter incredulitas taxatur.

Verumtamen aliud & ego in nobis experior, quod in ſe obiectum eſt non minoris admirationis: ſi namque D. Ioann. admiretur, imo etiam Chriſtus, tantá, præmiſſis tot ſignis & prodigiis, incredulitatem: Et ego admiror quinimo D. Chryſoſt. talem, qualis noſtra eſt, credulitatem, cum talibus operibus, qualia facimus, talique vita qualem ducimus. Admiratur in Iudæis quòd tanta laborent incredulitate tantis inſtructi prodigiis.

III. Et mala opera cũ bona fide.

Ego (proteſtatur D Chryſoſtom.) magnopere admiror quòd talia cum tanta credulitate, qua polles, facias opera: fierine poteſt vt ea credamus, quæ credimus, & viuamus prout viuimus? Quis credat (quærit Diu. Chryſoſto.) quod credas per adulterium pœnas mereri te ſempiternas: illud autem tanta committas audacia ſecurus, tantaque voluptate temerarius? Quis ſibi perſuadeat, quòd credas fruſtum panis amore Dei erogatum tibi certo certius addicere ſi per te non ſteterit, omnes Dei diuitias: & illud nolis erogare? Quis animum inducat, te credere pœnas manere ſempiternas, quanto tẽpore Deus Deus fuerit, ſceleratos: interim autem ſceleribus nuntium non remittas? Eſtne poſſibile te credere, modicam voluptatem tibi animam tuam deſtruere, & bonis pretij priuare infiniti: nolis tamen illi renuntiare. Incredile videbatur Iob hominem inueniri, qui comedat, vel etiam guſtet cibum, quem venenum mortiferum eſſe confitetur: *Numquid poteſt aliquis guſtare, quod guſtatũ adfert mortem?* Proponamus cibum palato noſtro ſapidum. Dicit Medicus experti ſſimus venenum eſt mortiferum irremediabile. Dicit alter: nolo huic Medico adhibere fidem paſcitur illo cibo ad ſatietatem & moritur. Venit alter & ait: Ego indubiè credo: meretur eum perfectam

In cap. 3. Matt. Ho. 11.
Iob 6. 6.
IV. Similitudo.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

ctam hic Medicus fidem, nihilominus cernis, quod cibum hunc ambabus apprehendat manibus & duabus maxillis deuoret ac moriatur. Dicito mihi vtrum magis admiraberis, diceresque mortem commeruiſſe? Extra conuerſiam eſt, primum admirareris: cum noluerit fidem adhibere dictis Medici ſapientiſſimi, ferreſque ſententiam: dignam tulit mortem. Sed magis adhuc ſecundum admirareris, qui dicens quod, poſtpoſito omni dubio Medico credebat, & fatebatur ſic eſſe: hoc tamen voluerit ſe cibo ſatiare, & diceres meliori iure illum mortis eſſe reum, quàm alterum; & in quam non rapereris admirationem, ſi quando illum videres quod cibo illo impleret os, quo ipſo cibum illum proteſtabatur venenum eſſe mortiferum?

V. Einſdem applicatio.

Deſcendit Christus in mundum & declaraſ peccatum mortale venenum eſſe mortiferum adulterium, concubinatus, furtum, vindictam, vſuram, & odium: Idque in tanto gradu: vt interprete D. Iacob in eodem ipſo momento, quo peccatum mortale patrare decreuiſti ipſum te interimat: *Peccatum cum conſummatum fuerit, generat mortem.* (Iacob 1,15) Non expectandum eſt, non quartusdecimus dies, maturinum tempus, non viginti quatuor horæ, non vna hora sed nec illius operis conſummatio: quia eo ipſo, quo deliberatè hoc tua vult voluntas, per cuius conſenſum conſummari dicitur, iam animam occidit. Quod venenum poteſt componi adeo mortiferum, licet in illud confluant omnes herbæ venenatæ, totaque malitia animalium venenatorum, tamque efficax, vt ſola ſumendi illud determinata voluntas, interficiat etiam ante comeſtionem, etiam ante eius contactum, etiam ante eius cõſpectum? Hoc igitur eſt peccatum mortale. Audiunt hanc veritatem Arabes & Mauri & infideles, & dicunt non credo, quod dicit ille Medicus, quòd illud venenum ſit mortiferum: ſed cibus eſt ſuauiſſimus & ſaluberrimus, quocirca ſe diſcrimini exponunt, quo morientur irreparabiliter & peribunt, quos ſecum ad tartara rapit diabolus. Audis hoc, tu Chriſtiane, & aisfirma fide credo, quod diuinus ille Medicus docet de hoc cibo, & nihilominus nec alium ſumis, nec alio delectaris, tuumque hoc primum eſt ſtudium illum tibi comparare. Quem ex illis amplius admirabimur?

Hoc eſt, teſte Iob, quòd magnam inducit admirationem:
44 (Iob 6.6.) *Numquid poteſt aliquis guſtare quod guſtatum adfert mortem?* Admiramur quòd infidelis ſuis ſe tradat concupiſcentijs, & ſuas beſtiales impudicus ſequatur voluptates, & meritò incurrat mortem, ignemque ſempiternum: eo quod verbis minimè credat Saluatoris, quæ mille de cauſis credi deberent, at in hac incredulitate maximum fuit eius peccatum, quod iuſtè ſequitur eius æterna damnatio, quia iam Chriſtus dixit: *Qui non credit iam iudicatus eſt.* (Ioan. 3 18.) Sed ſuppoſita hac incredulitate, ne admireris, quod velit culpæ venenum ſumere: porrò tu Chriſtiane, qui confiteris & proteſtaris, te fide conſtanti credere, quòd per hanc voluptatem tradas te diabolo, & per has delitias eius te mancipes ſeruituti, quòdque credas ſine dubio ſecundum præſentem iuſtitiam ad æternas te damnari flammas, & immanium ſine fine reum eſſe tormentorum: nihilominus teipſum exponas ob viliſſimum pretium caſui, & periculo damnationis: nihilominus hoc cibo paſcaris, & ſolummodo delecteris adulterio, concubinatu, pauperum circumuentione, bonorum rapina alienorum, & tuarum ſequela voluptatum? Hoc eſt ita hoc eſt, quod tantum producit ſtuporem, talia opera cum tali credulitate: hoc in tantam me rapuit (inquit D. Chryſoſto.) admirationem, vt pudore non minimo me confundas apud gẽtiles: (Hom. 11. in Matth.) dum enim illis doctrinam propono Euangelicam, in qua declaro, quàm ingens malum ſit peccatum & quantum bonum ſit virtus, nominatim autem eleemoſyna, & quid per illam lucremur: continuo mihi reſpondent: non eſſe impoſſibile, quòd credamus Catholici, id quod dicimus, etenim habẽt vt impoſſibile: quòd ſi ea quæ dicimus, crederemus, viueremus ſicut viuimus. In aperto eſt reſpondent, quod ſi quiſpiã ex vna parte diceret, credo firmiter pomum hoc venenum eſſe mortiferum cui nullum ſit remedium, & ex altera nullo timore territus illud comederet ſummaque voluptate illo veſceretur: diceremus: Mentitur, nec credit id, quod de tali ſpargit ferculo Eodem modo, ſi videremus aliquem cupidiſſimum, qui ex vna parte diceret ſcio fide certa, quod ſi aſſem dedero mercatori ſecurè lucrabor cenſum centum mille ducatorum annuatim, atque ex altera aſſem illum nollet ſidere mercatori, diceremus: Mentitur: nec veraciter credit, quod de illo mercatore promulgat: quia ipſis operibus ſuis derogat mendax ſermonibus.

VI. D. Chryſoſtomus ex ea ratione cõfundebatur apud Gentiles.

VII. Similitudo.

Audiamus D. Chryſoſtom. *Non enim gentiles attendunt ad ea, quæ dicuntur, ſed examinant ea, quæ gerimus, & dicunt: Tu prior pare tuis verbis, & tunc hortare alios: Si enim dicis in futuro quidem eſſe bona innumerabilia, tanquam autem non ſint, ſic videris affixus præſentibus facta tua ſunt verbis mihi credibiliora. Quando videro te aliena rapere,* (Ho. 3. in 1. ad Cor. circa fin. Tom. 4.)

„ *pere, eos qui exceſſerunt ſupra modum lugere, & in*
„ *multis adeò peccare, quemadmodum tibi credam,*
„ *quod ſit reſurrectio? Et hoc eſt quod prohibet, ne in-*
„ *fideles fiant Chriſtiani.*

Et verè ſic ſe res habet, hoc maximè admirandum eſſe ſi bene conſideretur, ſi quis viderit quod Chriſtianus credens id quod credit, viuat ſicut viuit. Quinimo propter hoc aliquo modo ſunt grauiora multa in Chriſtianis peccata, qui peccatorum confitentur malitiam, quam in infidelibus, qui nec illam fatentur, nec agnoſcunt. Quæſtionem hanc propoſuit D. Thom. Theol. Doctor primarius aitque quod Diuus Auguſtinus a. licet illam obiecerit reliquit tamen indeciſam. Vter grauiùs Deum offendat, dum peccat infidelis vel Chriſtianus? Adulter eſt Maurus vel hæreticus, talis eſt Chriſtianus: vter Deo eſt iniurioſior? Vter culpam committit in eo grauiorem? Omittamus (ait D. Thom.) in infideli peccatum infidelitatis: hoc enim omnia ſuperat peccata quæcumque committere poteſt Chriſtianus contra virtutes morales, cum ſumma ſit ignominia, qua Deum afficit eius verbo fidem negando, qui eſt ſuprema veritas: Sed loquendo de peccatis communibus, quæ virtutes impugnant morales, vt ſunt fornicatio adulterium, ſtuprum, furtum, vſura, periurium, vindicta &c. Grauior eſt, *Cæteris paribus*, culpa eorum in Chriſtiano: quia infidelis nec credit, nec confitetur, quòd illud ſit malum, vel ſaltem tantum malum, quantum fatetur illud eſſe Chriſtianus, nec intelligit quod Deus per illa ſcelera ſic grauiter offendatur nec damna ſimiliter, quæ per illa incurrimus, quemadmodum hæc omnia fatetur creditque Chriſtianus: *In adulterio*, (loquitur D. Thom.) *ſi committatur à fideli & infideli cæteris paribus grauius peccat fidelis, quam infidelis: Tum propter notitiam veritatis ex fide, tum etiam propter ſacramenta fidei, quibus eſt imbutus, quibus peccando contumeliam facit.* Latius hoc explicat (a) eius commentator Cardinalis Caietanus & ait: *Nota quam grauia ſint ſcelera Chriſtianorum &c.*

2. 2. q. 10. ar. 3. ad 1. & 3. & in c. 10. ad Heb. lec. 3. a L. 4. de Bap contr. Donat. c. 20. To. 7.

VIII. Vter grauiùs peccet fidelis an infidelis.

D. Tho.

(a) Alarga el dedo. Caiet:

☞ 45 Diſputat D. Paul. de beneficio, quo Deus nos dignatus eſt dando nobis Euangelium ſuum, & fidem: etenim Euangelium *Virtus Dei eſt in ſalutem omni credenti*: potens eſt Dei virtus ſalutem tribuere perfectam & æternam, ei qui credit vt decet: verumtamen aduerte, quod *In eo reuelatur ira Dei de cælo, ſuper omnem impietatem & iniuſtitiam hominum eorum, qui veritatem Dei in iniuſtitia detinent*: Dicito Apoſtole, contra quos iram Dei fulminat Euangelium? Contra concubinarios? Contra vſurarios? Contra homicidas? Contra factionarios & ſeditioſos? Reſpondet particulariter reuelatur ira Dei contra puniendam eorum malitiam, qui captiuam detinent & incarceratam contra omnem iuſtitiam ipſam Dei veritatem: Quinam ſunt iſti? An homines inueniuntur, qui carceribus mancipant Dei veritatem? An hoc tibi videtur adeo admirandum? Quæ ratio tanta admirationis? Multi ſunt ergo & vtinam non tot eſſent. Ego credidi, quòd in Euangelio reueletur & prædicetur ira Dei contra eos, qui non credunt Euangelio contra Iudæos, qui illud recipere deſpexerunt, contra eos qui illud reſpuunt, quia de illis ait Euangelium: *Qui non credit iam iudicatus eſt.* Et alio loco: *Qui non crediderit condemnabitur.* Nō tantùm reſpondet Apoſt. contra eos, ſed amplius multò contra illos qui non ſine notabili contumelia & grauamine *Veritatē Dei in iniuſtitia detinent.* Exponamus hoc quadam ſimilitudine. Si Rex vnicam haberet filiam regnorum omnium ſuorum heredem, prudentem, modeſtam, formoſam, illamque vt ordinum ſuorum mitteret gubernatricem litteris & comitatu ſufficientibus adornatam. Si verò appellens illa ad regnū quoddam, & commiſſionis ſuæ à Patre datas oſtenderet epiſtolas, ſubditi verò reſponderent: iam illas videmus, ſed nobis planè non eſt ſatisfactū, nec te volumus vt Regis filiam agnoſcere; grauiter indubiè peccarent, & Regis iuſtam incurrerent indignationem. Porrò ſi ad alterum accederet regnum, & oſtenſis auctoritatis ſuæ liquidiſſimis litteris magno applauſu & gaudio reſponderent illi: ô Domina, optima te perfecto voluntate recipiemus, vt filiam Regis noſtri legitimam, & huius regni Gubernatricem, felix fauſtuſque ſit ingreſſus tuus, & habenas ſuſcipe regiminis moderandas. Quod ſi hoc peracto illam apprehenderent, vinculis conſtringerent, & obſcuro incluſam ſeruarent cubiculo ſubiectam Æthiopiſſæ, & clamantem irriderent, gementem exſibilarent, & querentem non curarent, quo dignos iudicares illos eſſe ſupplicio? Priores quidē non leui ſe crimine obſtrinxerunt: cum enim illam recipere debuiſſent, deſpexerunt, & reiecerunt: ſed grauiorem intulere contumeliam poſteriores, qui iam receptam vinculis tradunt, & carceri, contumelijs & ignominijs afficiunt intolerandis & nedum illi regni non permittūt gubernacula, ſed ea perfidæ committunt Æthiopiſſæ, quantam Regis illi merentur indignationem: quod ſupplicium ſatis graue tantum poteſt expiare piaculum?

Rom. 1. 16. & 18.

IX. Quidam Dei veritatem in iniuſtitia detinent.

Ioan. 3. 18
Mar. 16. 16.

X. Similitudo.

XI. Applicatur fidei.

Deus

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK PADERBORN

Pſ.94.3. Deus noſter *Rex magnus ſuper omnes Deos* filiam habet vnicam fidem nimirum veram quæ dicere poteſt:
Eccli.24.5. *Ego ex ore altiſſimi prodius primogenita ante omnem creaturam*: Hæc ſola eſt regnorum eius heres: nullus etenim abſque illa regni poteſt cœleſtis intrare hereditatem. Hanc in terram miſit, vt ſuos mundi ſtatus moderaretur:
Pſ.147.5. *Mittit eloquium ſuum terræ* Suum verbum, fidem ſuam: etenim diuino ſuo fundatur verbo. Hanc mittit magno miraculorum comitatu ſociatam, ſufficientibus auctoritatiuis litteris inſtructam, prodigiorum ſigillis ſatis ſuperque confirmatam:
Hebr.2.4. *In eos* (ait Apoſtolus) *confirmata eſt contestante Deo ſignis & portentis, & varijs virtutibus, & Spiritus S. diſtributionibus.* Prodit illa Domina præclariſſima: hanc Saluator populo proponit Iudaico, ſed tam toruo ab illis aſpicitur oculo, vt eam nolint admittere, nec vt Dei filiam agnoſcere licet de hoc ſufficientes adeo & copioſas proferat confirmationes. Proponitur Mauro, & ait: non illam agnoſco, non illam, vt legitimam Dei filiam dignor acceptare. Peccant hi & verò verius non tantam impuniti fecerint calumniam. Cæterum venit Chriſtianus & ait: Ego illam vt talem veneror, accepto, fidemque iuro: Hæc enim eſt Dei filia, Dei veritas, illam volo admittere & cum illa & per illam regar ego, & guberner. Faueat mihi Deus, & quantum ex hoc gloriaris, & quanta voluptate & gratitudine illam recipis! Chriſtianus ſum, fidem habeo Ieſu Chriſti per gratiam & miſericordiam Dei: in hac lege volo viuere, in hac fide mori, & diem claudere extremum. Sed quid agis? Admiſſam tuo captiuam claudis intellectu, nec permittis, vt tuum illa gubernet intellectum, non tuam voluntatem, non manus tuas, non pedes tuos, non opera tua, actiones tuas ſed fræna tradis regiminis Æthiopiſſæ ſcilicet appetitui tuo, carniſque concupiſcentiæ, per hanc te regis illa pedes tuos ad domum huius & illius dirigit: & manus tuas ad furtum & vindictam linguam tuam ad murmurationem, & detractionem: fidemque detines incarceratam vt nec in verbis appareat: quandoquidem omnia ſint mendacia, leuitates, & decipulæ: nec in operibus tuis: cum omnia ſint ſcelera & nequitiæ, vt non niſi gentilis eſſe videaris. Mille tibi acclamat illa vocibus. Perpende quòd Chriſtianus ſis: Conſidera aliam ſupereſſe vitam: caue, ne te mors rapiat improuiſa, & his omnibus ſurdas præbes aures obſtinatus. Heu
Iac.2.18. quàm altè D. Iacob vociferatur *Dicis mihi ego fidem habeo.* Gloriaris quòd illuſtrem hanc receperis Dominam, quòd fidem habeas, quòd Chriſtianus ſis? Proditor: *Oſtende mihi fidem tuam ex operibus tuis.* Patere, vt illa appareat, permitte vt aliquando ad feneſtram prodeat linguæ, per orationes: ad feneſtram auditus, vt verbum Dei audiat: ad feneſtram manuum tuarum per eleemoſynas. Siccine Dei filiam nequam excipis? Caue tibi, ne te iuſta Dei deprimat indignatio. Fierine poteſt amice, quòd talem habens veritatem, eam detineas ligatam, nec conſilijs eius acquieſcas?

XII. Fides ex operibus probãda.

Ex hac doctrina, ni fallor, elicere poſſemus rationem miraculi prodigioſi quod his annis proximè elapſis contigit, prout ex veridica conſtat verificatione. Eſt locus in Aragonia Diœceſis Terraconenſis iuriſdictionis Prioris & Canonicorum ſepulchri Ciuitas Calatayud nomine Tonet, cuius Eccleſia magnam habet venerationem ex quadam imagine Beatiſſimæ Virginis quæ in ea valde antiqua ſeruatur, & ſingulari miraculo reuelata, ſculpta ex alabaſtro altitudine vnius cubiti, puerulum inter brachia Ieſum geſtat hæc Mater pientiſſima ex eadem materia alabaſtri elaborata: ad latus duo adſtant Angeli ex ligno fabrefacti maioris altitudinis, eam illuminantes. Magna pietate coluerunt Eccleſiam hanc Reges Aragoniæ eam largiſſimis dotantes muneribus, nominatim autem Rex D. Martinus illi munus obtulit inæſtimabilis pretij ſcilicet imaginem beatiſſimæ Virginis quam D. Luc. Euangel. depinxit, nec non quoſdam capillos eiuſdem ſacratiſſimæ Matris in ipſa. Cuius donationis autenticam dedit ſcripturam & ait: ſe hoc facere deuotione impulſum, ob crebertima miracula quæ cælorum Imperatricis interceſſione eodem in loco fieri perhibebantur. Contigit igitur vt anno ſupra milleſimũ quingenteſimo vigeſimo ſexto quinta Martij, quo die Mauri ſacro Baptiſmatis Lauacro intingebantur, qui in Hiſpania morabantur, imago illa beatiſſimæ Virginis tum etiam pueruli Ieſu nec non duorum Angelorum collateralium ſudorem emitterent: Perſeuerauit autem hic ſudor per triginta horas, ita vt imago Virginis immaculatæ guttas ſtillaret magnas inſtar capitum maiorum acicularum, coloris aurei. Quas autem Puerulus ſudabat erant paulo minores, & eiuſdem coloris: quas autem Angeli magnitudine æquabant piſa idque tam copioſè vt ex ſudore colligi potuerit calix tantæ quantitatis, vt ex eo menſi ſint lagenam magnam. In quo & aliud patet miraculum, quòd ſudor Virginis intemeratæ ac Pueruli non coagularetur vel commiſceretur ſudori Angelorum, ſed quòd in eo eſſet

46 XIII. Hiſtoria prodigioſi cuiuſdã miraculi.

De ijs D. Machael Martel. Villar. de Patron. Calat. à par. 2. p. 137.

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK PADERBORN

eſſet vel ut aureæ quædam gemmæ, & pueruli paulo minores. Sudor hic ſeruatus eſt in prædicta ampulla Domino per illum infinita operante miracula: Cuius paruam quantitatem ſumpſerunt mittendam regi D. Philippo prudenti grauiter laboranti Anno 1590. ex qua infirmitate conualuit. Conſeruatus eſt ſudor hic in illa amphora abſque vlla diminutione ſpatio 95. annorum vſque ad annum 1 10. qui fuit is, in quo Rex Philippus Pius Mauros de Hiſpania eliminauit, ita vt quàm primum illi cœperunt egredi de Valentia & Caſtilia, qui primi fuerunt, cœpit ſimiliter hoc ſudoris myſterium in amphora deſiccari: ita vt ſacellanus illam ſuæ habens curæ commiſſam, cum alijs vtenſibus Eccleſiæ hoc aduerteret; quod ille conſpiciens, ne quis forte crederet defectum hunc oriri ex eo quod alijs inde diſtribuiſſet, hoc quod videbat, manifeſtauit, & notatum fuit curioſè, quod eodem paſſu quo Mauri Hiſpaniam deſerebant eiuſque limitibus excedebant, paulatim ſudor ille exſiccaretur, idque continuò, donec Mauri Aragoniam deſeruiſſent, ſic vt eodem die quo vltimi receſſerunt de loco Almonazir, qui conterminus eſt dicto loco Touet, omnino ſudor ille fuerit conſumptus, & amphora exſiccata, vitrum autem circumquaque maculis tinctum remanſit, eo modo quo quando ampulla vitrea aqua repleta ſoli expoſita deſiccatur, ipſum vitrum ex aqua maculatum apparet. Prodigium eſt hoc myſterioſum & quod nobis non exiguam præbet diſputandi materiam.

XIV. Sudor indicium eſt afflictionis.

Notum eſt quòd ſudor, quando ex calore non prouenit indicium eſt afflictionis & anguſtiæ, & teſtimonium maximè ſecurum eius anguſtiæ, quam paſſus eſt Chriſtus in horto, fuit ille ſudor quem tam copioſè (teſte D. Luc.) effudit. Imo inter infideles ſudor ſtatuarum ſimulachrorum prægrandia quædam indicabat mala, & vidētes ſudorem emittere vel lachrimas quædam ſimulachra vt certum horum capiebant omen: prout indicat Diuus Auguſtinus & proſequitur eius ſcholiaſtes illa ſententia Lucaniagentis de ſignis, quæ bella ciuilia præceſſerunt.

Lib. 3. de ciuit. c. 11.

Indigetes fleuiſſe Deos, vrbiſq; laborem.
Teſtatos ſudore lares. ———

XV. Cœlites nullo dolore afficiuntur.

Non vacat modò declarare modum quo hic in ſtatuis illis fiebant. Cæterum vt propoſitum noſtrum teneamus, quas quæſo, pati poterat anguſtias, quos dolores Domina cœlorum eiuſque filius chariſſimus & Angeli: ſi exiſtentes vt ſunt in ſtatu gloriæ nullo poſſint dolore torqueri Deinde ſi pœna poſſent aliqua affici illam pati magis deberent eo tempore quo Mauri terminis Hiſpaniæ excedebant, & in Africam tendebant, vt publicè fidem profiterentur Mauritanam quàm dum Baptiſmi aquis abluebantur: tunc etenim magis conſonum videbatur dari debere ſigna lætitiæ: quandoquidem oſtendebant ſe ad noſtram conuerti fidem & relicto Mahometiſmo iurare fidem Eccleſiæ. Quod ſi gaudium ſit in cœlo ob vnius peccatoris conuerſionem; cum iam tot millia conuerterentur & relicta ſua infidelitate Baptiſmum ſuſciperent, nemo non dixerit imagines illas dare ſigna debuiſſe gaudiorum & exultationis. Dico indubitatum eſſe quòd nec Chriſtus nec eius amantiſſima Mater, nec cœleſtes Angeli cum ſint vt ſunt glorioſi, aliquo poſſint in ſe dolore contriſtari; Nihilominus ſicut Diuus Bernardus perpendit quandam exponens Originis ſententiam, aliquando ſigna edunt per imagines ſuas in quibus apparet, quod anguſtentur & doleant, non quod verè in ſe doleant vel anguſtentur, ſed quod quædam offeratur cauſa tam grauis vt ſi pati poſſent anguſtias, illas realiter paterentur. Sic apparuit Chriſtus D. Petro Epiſcopo Alexandrino ſciſſa tunica triſtique vultu, à quo cum Petrus exquireret tantæ triſtitiæ rationem: reſpondit ille ſe grauiſſimo dolore torqueri eo quod *Arius veſtem meam quæ eſt Eccleſia dilacerauit.*

Serm. de verb. O. rig.

XVI. Melius eſt non cognoſcere veritatem, quam cognitæ nō congruēter viuere.

Objicies quæ cauſa igitur ſubeſſe poterat tanti doloris quando Mauri baptizabantur: etenim per Baptiſmum proteſtabantur quòd veritatem Euangelicam fidemque reciperent Catholicam? Si ea eſt, quòd poſt Baptiſmum ad antiquos maloſque reciderent mores; an non peiores adhuc infideles & nolentes Dei veritatem acceptare? Dico quod ſi tunc mali fuerint Deumque offenderint non volentes diuinum eius audire verbum, peruerſiores tamen fuerunt poſtquam fidem receperunt: quandoquidem illam iam admiſſam contumelijs affecerint ab illa deficiendo, mille committentes iniurias & peccata contra illam ignominioſæ Apoſtaſiæ & Sacrilegiorum quibus enormius fidem Deumque prouocarunt, quàm flagitijs illis, quæ non baptiſati perpetrabant, illiſque magis expediuiſſet in Mahometiſmo permanere, nec Baptiſma Deique fidem ſuſcipere quam ſuſceptam iam eiurare, & eo modo viuere quo vixerunt: Vnde quadrat illis quod ait D. Petrus: *Melius erat illis non cognoſcere viam iuſtitiæ, quam poſt agnitionem retrorſum conuerti ab eo quod illis traditum eſt, ſancto mandato.* Ex hoc eſt quod aliquo modo dicere poſ- 2. Pet. 2. 20.

ſimus

ſimus fidelibus quàm plurimis, qui Dei veritatem receperunt: ſi quidem illi iniuriam non inferant in eo, quòd illam abiurant, eo tamen quòd illam ligatam & quaſi intellectu ſuo velut in carcere conſtrictam detineant. Et ſi hoc admiramur in quibuſdam præſertim, in Iudæis: quòd Dei veritati non crediderunt viſis tot, prodigijs eam confirmantibus, non minus noſipſos licet admirari, quòd opera faciamus illi adeo oppoſita, poſtquam in eius verba iu auimus.

§. 15. Qui ex Deo eſt &c. *Oſtenduntſe Iudæi filios diaboli: illis etenim non quadrat veritas, quæ eſt velut ſurculus.*

17 Q*V. ex Deo eſt, &c. Quia ex Deo non eſtis.* Iam Chriſtus concionem ad Epilogum reuocat quam illis propoſuit ampliſſimã, in qua morti proximus clarè vult contumacem eorum confundere malitiam in eo quod prædicatæ à ſe noluerint conſentire veritati. Aiebat illis: quòd ſicut illi credentes illam cognoſcerent (quod die Sabbati expoſuimus) & hæc illos in

Ioan. 8. 31 libertatem aſſereret: *Si manſeritis in ſermone meo cognoſcetis veritatem & veritas liberabit vos.* Eodem modo illam repellentes ſeruituti ſubijcerentur turpiſſimæ: quo reſponſo non leuiter exacerbantur & obijciunt: quid nobis ais de ſeruitute? Populus ſumus ex natura liberrimus, nulliq́ue vnquam ſubditus ſeruituti. Patrem agnoſcimus Abraham, ex quo deſcendimus, non per ancillam Agar ſed per Dominam Saram, & ſimiliter Deum iuramus Patrem noſtrum, qui nos ſibi adoptauit in filios: *Filij Abrahæ ſumus & nemini ſeruiuimus vnquam, & vnum Patrem habemus Deum,* q. d. Patrem vnum colimus in terra Abraham ſcilicet cuius illuſtre ſtemma toti mundo innotuit, & alterum in cœlo Deum ſcilicet veneramur, cuius filij ſerui non ſunt. Poterat illos Dominus vnico verbo de mendacio redarguere: nulla quandoquidem natio ſæpius ſeruitutis iuga traxiſſet, & onera toleraſſet quam populus Iudæorum: etenim ſtatim à principio ſeruierunt in Ægypto, deinde diuerſis vicibus in Chaldæa, in Babylonia, & alijs Prouincijs quo Reges ac Monarchæ captiuos illos abduxerant, ſed ab illis abſtinet, atque ad radicem deſcendit: illis locutus: quod ſi gloriarentur ſe filios eſſe Abrahæ & Dei, ſcirent vtique ſe filios non eſſe Abrahæ legitimos & minus Dei, ſed Diaboli: *Vos ex Patre diabolo eſtis,* Hoc autem conatur illis valde manifeſtè probare, ex eo quod non conueniret eorum voluntati niſi malitia, atque eorum intellectui niſi mendacium,

Li. contra mendaciũ c. 4.

Hanc rationem fundat in ea, quam perpendit D. Auguſtinus eſſe naturale, quòd filij parentum naturam imitentur. Leunculus ilico oſtendit ſe patrum pollere fortitudine, quæ ſe prodit in vnguibus in rugitu, in humeris, & Dominio quod præſefert. Catulus lupi ſtatim parentum probat voracitatem. Pullus aquilæ ſe probat legitimum, in eo quod oculos habeat tanta conſtantes acie, vt irreflexo lumine ſolem intueatur parentes imitatus: quod ſi illi defuerit; vt adulterinus patris ab vngue dimittitur. Si agnum videris manſuetum exunguem, ais: non eſt hic filius leonis: Quod ſi videris atrocem tigridem, dicis: Non hic eſt filius ouiculæ.

I. Oſtendit Chriſtus Iudæos eſſe filios diaboli.

2 Cor. 6. 14.

II. Deus & diabolus ſibi opponuntur.

Deus & Diabolus in omnibus opponuntur magis quam lux & tenebræ: *Quæ ſocietas luci ad tenebras? quæ autem conuentio Chriſti ad Belial?* Quærit Apoſtolus, qualem habet Deus naturam? Talem, quæ tota ſit bonitas & veritas quia ſummè bonus eſt vt nihil poſſit mali velle, & ſummè verus ſic vt mentiri nequeat. Scire deſideras, quàm bonus? Vt eius eſſentia cumulus ſit bonorum omnium: *Omne bonum:* ſic ab omni malo alienus vt nec illud ſuis valeat oculis intueri: *Mundi ſunt oculi tui ne videas malum & reſpicere ad iniquitatem non vales.* Sic teſtatur Propheta Habacuc. Sic bonus vt omnibus velit benefacere at malefacere nemini: *Non eſt voluntatis meæ mors impij dicit Dominus.* Nec particeps eſt mortis: *Deus mortem non fecit, nec lætatur in perditione hominum.* Aues intelligere quàm verus ſit? Totus veritate circumdatur: *Veritas tua in circuitu tuo.* Quidquid dicit, eſt ipſa veritas: *Sermo tuus veritas eſt.*

III. Dei natura bonitas & veritas.

Quam naturam habet Diabolus? Non loquor de illa, quam illi Deus dedit in creatione, ſed de illa quam ſibi ex propria conquiſiuit arrogantia. Omnino contrariam. Malitiam & mendacium. Primo malitiam conſideremus. Hanc probat Chriſtus, quia *ille homicida erat ab initio.* A principio, quo Deo reſtitit ſuperbus, effectus eſt fons malitiæ, nihil deſiderando, niſi mactare, perdere, nocere, occidere. Ex hac cauſa ſtatim à principio, quam primum vidit hominem creatum, ipſius ac totius illius poſteritatis necem intendit, in hoc ita ſtudioſè laborauit, vt totius humani generis naturam morte perdiderit: *Inuidia Diaboli mors introiuit in orbem terrarum.* Non ait *In orbe,* ſed *in orbem* quod ſignificat ingreſſum mortis ita generalem vt totum percurrerit, & occupauerit vniuerſum, iux-

IV. Diaboli natura malitia & mendacium.

Sap. 2. 24.

Ro. 5. 12.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

ta illud Apoſtoli: *In omnes homines mors pertranſijt.* Deinde eadem ſemper peruerſus malitia progreſſus eſt, primum illum fratrem incitans Cain (cui à D. Baſilio nomen illud imponi-
Ho 11. de inuidia. tur: *Primus diaboli diſcipulus.* Et D. Ioan. ait de
1 Ioan. 3. 12. Caïn: *Caïn ex maligno erat*) vt proditoriè fratrem ſuum Abel interimeret. Hoc ſuum propoſitum firmiter proſecutus, in mundo homines in mutuum accendit homicidium, eos præſertim qui ſuæ ſunt ſortis, vt bonos proſequerentur: Tyranni s vt ſanctos per varia tormenta trucidarent: ſic vidit D. Ioan. eorum congregationem ſub figura mulieris, quam beſtia dirigebat id eſt, Satanæ malitia, quod eſſet ſanguine ſanctorum ine-
Apoc. 17. 6 briata: *Vidi mulierem ebriam de ſanguine Sanctorum.* Secundum ſit, quod à veritate deceſſerit. Creauerat illum Deus in veritate, ſed in ea non ſtetit: quinimo pectus ſuum fornacem effecit mendaciorum: *In veritate non ſtetit quia non eſt veritas in eo. Cum loquitur mendacium ex proprijs loquitur: quia mendax eſt, & Pater eius.* Sic nobis conſtat: etenim vt hominem circumueniret hoc vſus ſuit medio, plurima namque dixit mendacia, quibus Euam ſeduxit.

V. Omnis veritas ex Deo & omne mẽdaciũ ex diabolo. Igitur ſicut Deus auctor eſt veritatis, & quæcumque veritas dicitur, in quantum eſt veritas, à Deo procedit: Sic diabolus eſt fornax, fonſque mendacij, & quæcumque proferuntur, ab illo dimanãt, atque de eius inſtigatione velut de primo principio, & Patre mendaciorum. *Mendax eſt, & pater eius.* Et ſicut Spiritus Sanctus verus Deus *Spiritus* dicitur *veritatis*: eo quod omnis ſit ſcaturigo veritatis, ſic & diabolus *Spiritus* vocatur *mendax*: quia omne mendacium ex illius profluit inſtigatione, ſicut de altero dicis optimè ſano, & cui corrupti ſint deinde humores, non perſtitit in ſua valetitudine ſanus, nec amplius illa fruitur. Sic de Diabolo Chriſtus: *In veritate non ſtetit, & veritas in eo non eſt.*

☞ 48 Iuxta hæc (loquitur Chriſtus Principibus Sacerdotum) ex ijs liquidò conſtat. quod vobis prædico toties, me eſſe filium Dei, vos autem filios Diaboli: etenim in meipſo duo illa luce clarius demonſtro quæ ſunt adeo diuinæ propria naturæ, bonitatem nempe & veritatem. Bonitatem teſtor: quia, *Quis ex vobis arguet me de peccato?* Veritatem confirmo: quia *Ego veritatem dico vobis*: ſic vt nec in vno nec in altero mihi repugnare valeatis. Hæc duo voluit Chriſtus, vt in eo totus mundus agnoſceret bonitatem & veritatem: hoc enim eſt quod D. Ioannes
Ioan. 1. 14 ait *Vidimus eum plenum gratiæ & veritatis quaſi vnigeniti à Patre.* Vt Dei filius ſic patenter ſe oſtendit gratia plenum, vt ſit bonitas quædam immenſa, & veritate plenum: illum etenim *Vidimus.* Vos ipſi pleni eſtis, vt proditis, omni malitia & mendacio. Malitia: quia odio turgetis in me, & occidere me quæritis ad hoc varias tendentes decipulas: quia prima hæc fuerunt patris veſtri diaboli deſideria: *Ille homicida erat ab initio &c. Et vos deſideria Patri veſtri vultis perficere.*

Profundam notat hic Saluator noſter Theolo- VI. Vnde lapſus Luciferi ſit ortus.
giam, quam Abbas Rupertus aduertit. Creauit Deus in mundi primordio Angelos gratia, virtutibus & donis, potiſſimum autem fide, ſpe & charitate inſignitos, vt per horum donorum opera dona gloriæ promerentur: illam etenim nulli *In c. 8. Ioa.*
Deus tribuere proponit: qui non illam mereatur, & operibus in diuina ſua gratia, & per eam peractis conſequatur. Vt opera haberent fidei ipſis propoſuit vnigenitum filium hominem factum, qui futurus erat homo, & ſanctorum caput omnium, licet cauſam illis non reuelauerit, quare carnem eſſet aſſumpturus. Porrò talem illum repræſentans præcepit, vt eundem velut legitimum & naturalem filium ſuum ſupplices adorarent. Obſtitit Lucifer, ſic ſibi locutus; Quid hoc? an hominem natura mihi inferiorem vt Deum ſim adoraturus, eique in omnibus me ſubditurus? Apage tale propoſitum, id faciam numquam: etenim Deo ſimilis eſſe concupiſco. Per hoc à veritate diſceſſit: *In veritate non ſtetit.* Chriſtus veritas eſt: Ab illo deflexit quandoquidem ab illo momento illum deſpexerit, furentique odio in illum liuidus inſurrexerit, q. d. an ergo me ſuperiot ſit homo aliquis, vel ſaltem æqualis? Quia verò liuor & odium, quo quis alterum execratur, ſpecies quædam eſt homicidij, eo modo quo dixit D. Ioan. *Qui odit fratrem* 1. Ioa 4. 15
ſuum homicida eſt. Idcirco dixit Chriſtus: *Ille homicida erat ab initio & in veritate non ſtetit.* Eius ſuperbæ cogitationi plures alij conſenſerunt Angeli: quocirca & omnes in diabolos tranſmutantur. Hanc (ait Chriſtus) ab ipſo participatis VII.
hereditatem. Sicut enim ipſe ſe à me diuiſit, & Iudæi fi-
me habuit abominationi, me conatus eſt occide- lij diabo-
re, ſic vos ipſi facitis: *Vos ex Patre diabolo eſtis, &* li veritatis
deſideria patris veſtri vultis facere. Ille primus inimici.
inimicitias incepit, meamque mortem machinatus eſt: vos illam vultis proſequi, & hanc perficere malitiam. Similiter omni pleni eſtis mendacio: nec eſt quod magis exhorreatis quâm veritatem minuſque conuenit, quàm ipſa veritas: Sicut ille ab ea ſe ſeparauit, ſic & vos vt nullus in

cor veſtrum illi pateat ingreſſus: *Ille in veritate non ſtetit. Vos non creditis mihi.* Ita probatur optimè, hoc quod ait: *Vos ex patre diabolo eſtis*: quia vt tales ex vna parte mortem meditamini, & ex altera morari non poteſt in vobis veritas, nec eam admittitis.

His D. Greg. terribile ſubijcit terriculamentum ex oppoſito. Terribilia ſunt hæc fratris mei, verba Saluatoris: *Qui Deo eſt, verba Dei audit: Propterea vos non auditis: quia ex Deo non eſtis.* Et hoc clarè cognoſcetis, ſi ex illis, quæ proponunt, noſipſos debeamus examinare & inquirere. vtrum ex Deo ſimus, an ex diabolo. D. Greg. *Terribile eſt valde quod ſubditur, qui ex Deo eſt, verba Dei audit, &c.* VIII: Multi ſũt etiam filij diaboli. Si Iudæis Chriſtus oſtendit & probat, quod non ſunt filij Dei, ſed filij diaboli: quia opera ſequuntur diaboli: eiuſque exoptant conanturque implere deſideria: quia veritas ſedem in illis non habet conſtantem. Dicite mihi, quibus occupamini, quid magis ſedulò procuratis, quâm Dæmonis implere deſideria? quod eſt tuum ſtudium quàm innocentem circumuenire puellæ, & coniugatæ euertere caſtitatem? Quæ tua ſunt exercitia, niſi vanitatibus, niſi vacare luſibus, veſtros per omnia ſectando appetitus, cunctaque Satanæ deſideria? An non vobis liceat exprobrare: *Deſideria Patris veſtri vultis facere:* Eâ namque ſolicitudine qua boni filij Dei conantur exequi ea, quæ ab ipſis Dominus requirit: eadem & vos ea quæ deſiderat, vobiſque præcipit diabolus.

49 Ecce quàm parum vobis congruat, fructumque ferat in vobis Dei verbum, cum non niſi dolos, mendacia, fraudeſque texatis. Signum hoc eſt manifeſtum, quod ex Deo non eſtis. Intus & in cute vos nouerat Dauid, quando videre vos pertæſus, ſic alloquitur: Pſ. 43. *Filij hominum vſquequo graui corde? Vt quid diligitis vanitatem & quæritis mendacium*: Locum in vobis non habet veritas. Eccl. 27. 11 Digna fuit illa Spiritu S. ſententia: *Volatilia ad ſibi ſimilia conueniunt, & veritas ad eos, qui operantur eam reuertetur.* Valde familiare eſt, concurrere aues concolores, & eiuſdem ſpeciei ſibi conuiuere. Inter coruos non reſidet columba, quod ſi vel parum cum illis volitet, non tamen eodem quo illi tecto reſidet: Etenim illam ex vna parte ex altera alius roſtro impetit, nec ſimiliter turtur miluo ſociatur: nec accipitri philomela, columba columbis conuiuit & turtur turturi cohabitat. In hoc cognoſces, an columba ſis, ſi Dei verbum eiuſque veritas in te remaneat: quod ſi illam mordeas roſtroque vexes, te iudica coruum.

Iac. 1. 21. IX. Verbum Dei cum ſurculis comparatur. Multis abundat myſterijs illud ſymbolum quo vſus eſt D. Iacob. vocans Dei verbum ſurculum inſitum: *Suſcipite inſitum verbum quod poteſt ſaluare animas veſtras.* Notiſſimum eſt in agricultura, quod ſurculus radicem non figat niſi in arbore naturæ ſuæ conueniente. Si ſurculum pomi impoſueris piro, radicem non figet nec coagulabit: quinimo ſtatim exſiccabitur: quia naturæ ſibi mutuo in eadem ſpecie non conueniunt: ſi pomum rubo inſerueris & oliuam quercui, & ceraſum vlmo licet ſurculus hæreat paruoque tempore in eis ſubſiſtat, confeſtim tamen exareſcet & ſingulæ harum arbores demum ramos ſuos germinabunt naturales. Domine mi, cur tam cito ſurculus exaruit huic inſitus arbori? Quia eiuſdem non erat naturæ arbor & ſurculus. Si hæc doctrina vera ſit, heu quantos damnare poſſemus, & cenſurare non eſſe filios Dei, non ex Deo eſſe, nec eius per gratiam diuinum eſſe participare? In quo dignoſces? Eſt Dei verbum ſurculus, qui illis inſeritur. Quid opinamini nos agere prædicatores, niſi vt agricolæ vos inſerere, vos inquam, peruerſæ naturæ ex Adam arbores, ſylueſtres tantummodo & acidos proferentes fructus, beſtijs ſuaues infernalibus: huic totis diebus incumbimus exercitio. Quot cæleſtes ſurculos vobis inſeruimus? A primo die Quadrageſimæ nihil aliud agimus, niſi Dei verbum inſerere; de ieiunio, de inimicorum dilectione, de iniuriarum remiſſione, de male paſtorum reſtitutione, de amaſiæ tuæ valedictione, de agenda pœnitentia tuis digna leuitatibus, ſurculum recipere quis vos forte dixerit: auditis etenim concionibus vobis doctrinam hanc conuenire oſtendiſtis, & neſcio quale deſiderium audita perficiendi demonſtraſtis: verumtamen ad vnius capitis reflexionem iam videbis illam aridam & à vobis eiectam, inſuper & ſtolones vos producitis impudicitiæ, luxuriæ, detractionum, iuramentorum, aliarumque petulantiarum, tales eſtis octiduo poſt Quadrageſimam, quales ante eius exordium: in veritate non ſtatis conſtantes, nec in vobis ipſa figit radicem, ſedemq; capit diuturnam. *Propterea vos non auditis: quia ex Deo non eſtis.*

§. 16. *In ciuitate Dei moratur veritas, & mendacium in domo diaboli: ac propterea ſcatet adulteris: vt ait Hieremias.*

ACcurrit Dominus ad iſtorum rebellionis 50
radicẽ, declarans quænã eſſet cauſa, cur in
illis Dei verbũ minimè remaneret: *Qui ex*

 Deo

Deo eſt &c. Nemo eſt, nulla datur creatura, quæ ſi naturam ſpectes, non ſit à Deo: verumtamen multi ſunt, qui quamuis ſecundum illam ſint à Deo, non ſunt tamen ſi voluntatem attenderis, imo quantum ad illam, ſunt à diabolo. Quomodo cognoſcam hoc? Ex hac regula quam Saluator ſtatuit: *Qui ex Deo eſt, verba Dei audit. Propterea vos non auditis, quia ex Deo non eſtis.* Valde familiaris eſt illa D. Aug. doctrina, vt ad eius declarationem compoſuerit illos viginti duos libros de ciuit: Dei, quos ſatis nemo laudauerit. Duæ ſunt in mundo ciuitates vel Reſpublicæ: Vna Dei, Diaboli altera: In illa ſedem habet veritas, nec patet ingreſſus mendacio: in hac locum obtinet mendacium, & procul ab ea veritas expellitur. Ratio ſumitur ex eo, quod in Republica ſeu ciuitate Dei diuinus vigeat amor: vnde non niſi ſolus ille admittitur, & quidquid ad Dei gloriam reuocatur. Ad hoc ſingulariter conducit veritas, quâ Deus cognoſcitur, honoratur, glorificatur, & magnificatur. Ea de cauſa in ſacris litteris, vt de aliquo dicatur, quod tractet veritatem, dicitur quod glorificet Deum. Sic Ioſue dixit Achan: *Fili da gloriam Domino Deo Iſrael, & confitere veritatem:* Nemo dubitat quin Chriſtus venerit, Dei gloriã promoturus: vnde in natiuitate ſua hæc prima fuit audita vox: *Gloria in altiſſimis Deo.* Hoc ſemper egit: docuit & perſuaſit veritatem. Sic Pilato Præſidi reſpondet: *Ego in hoc natus ſum, & ad hoc veni in mundum, vt teſtimonium perhibeam veritati.* Et idcirco cum eam iam prædicaſſet, ſic æternum alloquitur Patrem: *Ego te clarificaui ſuper terram.* Hinc eſt quòd in hac Republica ſoli pateat oſtium veritati & illa ſedem ſic conſtanter figit, vt eius incolæ, prius vitæ quam veritatis damnum incurrant: vt videmus in SS. Martyribus.

I. Duæ ſunt ciuitates vna Dei altera diaboli.

II. In ciuitate Dei regnat veritas & amor.

Ioſue 7. 19. *Luc. 2. 14.* *Ioan. 18. 37.* *Ioan. 17. 4.*

In ciuitate vel Republica diaboli dominatur amor proprius, & concupiſcentia: *Erunt homines ſeipſos amantes.* Quid hic prætenditur, quid quæritur, niſi proximum lucrum niſi propria voluptas? Proinde illis tantum datur acceſſus, quod huic conuenit vel hoc promouet: quia verò nihil eſt quod ſic illi opponatur, ac Dei verbum eiuſque veritas, nec quod tantum hoc conſeruat & promouet ſicut diaboli verbum, hinc oritur quòd in hac Republica execrabilis ſit veritas, & abominabile mendacium. Stupendum eſt videre qua facilitate Pſeudoprophetæ inuentiones ſuas, chimæras, ſomnia & illuſiones perſuaderent, vt ad vnicum verbum fixas adeo radices in pectore figerent multitudinis vt illa extirpare fuerit impoſſibile. Ratio hæc eſt quòd illis dicerent iucunda voluptati, proprijs grata delitijs, & peraccepta cupiditati.

2. Tim. 3. III. In ciuitate diaboli mendacium & amor proprius.

E contra verò non minus ſtupendum videre: quanto negotio veridici Prophetæ veritates Dei perſuaderent irrefragabiles: cum enim varijs modis multiſque vterentur argumentis, vt ſibi fidem conciliarent, illos explodebant. Quanto non ſtudiò laborauit Hiere ex Dei nomine prædicans catenis modò ferreis modò ligneis, onuſtus vt dicta ſua confirmaret, & quanto illis inſtabat ardentiùs, tantò Dei virum aſpernabantur ignominioſiùs: ſic vt in has exclamarit querimonias: *Væ mihi mater mea; quare genuiſti me virum rixæ, virum diſcordiarum? Omnes maledicunt mihi.* Tantoque die quodam contemptu eius doctrinam exſibilarunt, vt à prædicatione deſiſtere ſibi animum induceret, vnde ſic ait: *Et dixi: Neque loquar vltra in nomine Domini.* Nihilominus intermiſſam repetens prædicationem mortis incurrit periculum, tota contra eum perſonante populi multitudine: *Morte moriatur; quare prophetauit in nomine Domini dicens: Sicut Siloe erit domus hæc?* Et triſti carceri virum manciparunt, puteoque demerſerunt. Quid Ezechielem profetam quibus non vſus eſt ſtratagematibus, vt perſuaderet? Quibus inuolucris, quibus Hieroglyphicis, quibus argumentis? Et vt fatuum abiecerunt. Michæas quot paſſus aduerſitates? ob vel vnicum veritatis ab eo prolatuum verbum alapa illi impingitur coram Rege, imo ipſo Rege annuente. Quænam horum cauſa? Quod illi populo placentia loquerentur: hi verò voluptati lucroque repugnantia.

IV. Valde facile ſomnia, difficile vero veritas creduntur.

Hiere. 15. 10. *Hier. 20. 9.* *Hier. 26. 8.*

Perpendit Diuus Irenæus & eleganter aduertit eius commentator Feuard. Quod Deus parentes noſtros primæuos accerſſent, quibus veritatem quandam aperuit claram & lucidam: ne de arbore illa guſtarent: quocumque enim die ex illa comederent, ſerui mortis iugo ſubiacerent. Accurrit Diabolus & cum illis argumentatur, & in tribus verbis octo protulit mendacia. (tot enim paucis illis verbis, quæ dixit, includuntur) & mendacia quidem adeo inſulſa, vt quis imaginari non poſſit ineptiora. Primum quod Deus inhumanus eſſet, inurbanus, & guſtum prohiberet in eo quod poſſet placere guſtui. Hoc verbis illis indicat: *Cur præcipit vobis Deus &c.* Quare voluptati veſtræ ſubtraxit id quod illi erat adeo volupe? Secundum quòd impoſtor eſſet, & proprio intuitu illos deciperet. Tertium, quòd mendax eſſet: quod enim dixerat; quod morituri eſſent, ſi comederent,

L. 3. cōtra Valent. c. 3

V. Deus vera dicit primis parentibus, nec credunt.

VI. Diabolus octo ponit mendacia & credunt.

menda-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

mendacium erat: *Nequaquam moriemini.* Quartum quòd inuidus eſſet: vt enim alios non videret Deos ſibi ſimiles, arborem interdicto ſuppoſuit: *Scit quia in quocumque die comederitis ex eo, aperientur oculi veſtri.* Quintum, quòd plures eſſe poſſent Dij, quòd ipſi & Deus omnes poſſent eſſe Dij: *Eritis ſicut Dij.* Sextum quòd corporale pomum tribuere poterat eſſe diuinum, & ſpirituale. Septimum, quòd lutum ad Dei poſſet aſcendere celſitudinē. Octauum, quòd ipſum, quod ille dicebat eis verum eſſet, & aperiret, quod ad ſummum illis beneficium eſſet maximè cõueniens. Omnia hæc mendacia conatus eſt illis perſuadere, & paucis his verbis introduxit. Et cum ſola vnaque ſit Dei veritas, adeoque clara, ſtatim illi fidem denegant: & cum octo eſſent ficta Diaboli mendacia, continuò fidem illis adhibent certiorem.

VIII. Ratio diſcriminis exponitur.

Quid hoc? quia Deus hoc illis dixit, quod guſtui minimè placebat, & priuabat ijs quæ tantopere deſiderabant: Diabolus contra illis ſuggeſſit, quod appetitui placebat & voluptati: hinc licet conſpicere quàm apprime doctrinam hanc noſſet diabolus. Adeſto Dæmon maledicte, qua facie temerarius præſumis perſonis adeo doctis imponere mendacia adeo inſulſa, irrationabilia, ac manifeſta? Cum iam illos irretire proponeres quædam diceres vero ſimilia conficta, palliata. Hinc apage; dicat Diabolus quod appetitui ſuo quadrat, licet enim dicat quòd cælum ſit altum, & tellus alta, & cælum humile, fidem adhibebis. Experire & perpende illud quàm facile tibi perſuadeas credaſque firmiter quodlibet, quod refertur de altero, mendacium; ſi quis tibi dixerit aliquid de Clerico, vel de Fraterculo, vel de iudice, habes vt Euangelium: quia nulla feruet charitate, nec amas proximum, atque eius te delectat incommodum. Quam faciles præbes aures, ſi quis de iudice detraxerit qui prætenſioni tuæ contrariam tulit ſententiam? & quando alius de grege blatero tibi factam teſtatur iniuriam ob non oblatum tibi Epiſcopatum: & quando quis alius tibi oculos offendit, teque prouocat; vt talem ambias dignitatem quam illam cæteris dignior merearis. Deinde quando vicinus auribus tuis inſerit, Domina proh! quàm venuſta, grata meo places conſpectui, amore tui langueo, & alius tibi inſtillat: Domina es; quæ in ſapientia non cedas Theodoræ. Væ tibi licet octo tibi vno dicant verbo mendacia, firmiter illa credis, eo quod hæc tuo placeant appetitui.

VIII. Quæ tibi ſunt ſalutifera vix credis.

Porrò quàm difficulter credis quod tuo non ſedet palato? quàm tardè credis Aduocato tibi veritatem aperienti, quòd iuſtam nõ ſuſpicias cauſam? Quàm ſurdas medico porrigis aures, & præmonenti, te vitæ periculum incurrere? Prædicatori tibi perſuadenti: caue tibi, ne te mors præueniat inopinata? Videbis fœneratorem alterum qui Theologum explodat dicentem: Contractus hic, quem iniſti vſurarius eſt, & ad reſtitutionem teneris; & videtur illi quod ſibi dicat D. Thom. eum contractum eſſe licitum. Alius quàm grauiter ferat, à Confeſſario reprehenſus negatam abſolutionem, cum ad portam detineat proximam ſceleris occaſionem? & quàm gratus illi quàm acceptus, qui nec peccata diſcutit, nec caſus curat reſeruatos, ſed actutum vnam illi adijcit abſolutionem: *Ego te abſoluo*, maiori effuſus liberalitate, quam ſi pomum illi odoribus refertum vel niuis globulum adijceret.

Quam ad viuum deſcribit homines David (D. Auguſt.) in illis verbis quæ dixit: *Diligitis vanitatem & quæritis mendacium.* Diligitis, placentque vobis terrenæ vanitates & in veſtris augmentis ſeu lucris, ipſæque quæ vobis grata ſunt, nedum creditis mendacium vobis propoſitum, ſed etiam illud quæritis: *Quæritis mendacium.* Etenim inueſtigatis & conquiritis (ait D. Auguſt.) quis vobis mendacium fraudeſque vendat, quis veſtrum vobis proceſſum collaudet iniuſtum, qui veſtras tueatur partes in eo in quo nulla nitimini ratione. Similes eſtis illis quos vates vidit Iſaias dicentes: *Loquimini nobis placentia, videte nobis errores.* An ergo adeo ſtulteſcitis, & omnem perdidiſtis rationem: vt non intelligatis vobis præiudicio fore non paruo tot mendacijs circumueniri? Quòd caſu fortuito alter te decipiat, non hoc adeo magnum, ſed quòd hoc ipſum tu quæras, tu ipſe deſideres? vtique eo quod in nobis regnet propriæ amor concupiſcentiæ, totumque locum demus illi quod nobis placet, & hoc mendacium eſt.

52 In Pſ. 61. ad finem. Pſ. 4. 3.

IX. Quærunt ſibi homines imponi mẽdacia. Iſa. 30. 10.

X. Hoc iudicabat Hieremias.

Ex præmiſſis capio quid Propheta Ieremias dicere voluerit verbis valde intricatis & obſcuris. Valde amplè diſcurrit toto capite 23. contemplatus ea, quæ fiunt in hoc mundo: nullum eſſe, qui non manu mittat veritatem quodque omnes mendacia amplectantur. Stupore totus attonitus hæret, & ait: *Contritum eſt cor meum, in medio mei: contremuerunt omnia oſſa mea. Factus ſum ſicut vir ebrius, & quaſi homo madidus à vino.* Cui omnia turbari videntur & commoueri. Qua de cauſa Propheta ſanctiſſime? eo quod videam qualiter homines veritatem excipiant & Dei verbum: omnes etenim eam deteſtantur, & in ſui obſequium trahunt mendacium: *A facie*

Hier. 23. 9. 10.

XI. Similitudo.

Domini, & à facie verborum ſanctorum eius, quia adulteris repleta eſt terra. Quid minus? Idem quod modo dicimus: quam tu dolenter hoc acciperes ſi virum videres matrimonio iunctum nobili, diuiti, pulchræ, ſanæ, ſanctæ, quam manu mittens, ſed nec intueri volens, ad eius thalamum introduceret & lectulum mulierem æthiopiſſam pauperem, infirmam, maleolidam illamque toto pectore diligeret: quis credat, quòd tanta fiat tantæ Dominæ iniuria? Quis tantum patiatur adulterium? quæ huic ratio ſubeſt? nulla niſi ſola eius voluptas, tale enim diſcrimen eſt inter adulterum, & eum qui legitimæ ſuæ coniungit vxori: hic etenim filios intendit producere & in Dei fauore enutrire: ille verò ſuæ tantummodo immoderato & inhoneſto ſatisfacere deſiderio.

Eſt hominis intellectus velut vir cuius legitima ſponſa veritas eſt Deique verbum matrona nobilis, Dei filia, immaculata, iuſta, ſana, O ter felicẽ illũ, qui cum veritate habitat, qui Dei verbum retinet, & amplectitur, vt filios gignat legitimos ſanctorum operum in Dei nominis obſequium, ſed dolendum valde, videre ea, quæ fiunt in mundo: etenim hoc agis perpetim, vt manu dimittas ſponſam hanc & afficiaris atque amplectaris mendacium quod eſt filia diaboli ſordida, execrabilis, immunda: hanc recipis, hanc auſcultas, huic faues, & quia his abundat mundus, aſſerit mundum eſſe plenum adulteris: qui non niſi ſuas ſectantur delicitias, mille mendacijs fraudibus & offendiculis. Appoſitè profertur hic D. Pauli ſententia quam Paulo ante ante declarauimus: *Reuelatur ira Dei de cœlo ſuper omnem impietatem Dei & iniuſtitiam hominum eorum qui veritatem Dei in iniuſtitia detinent &c.*

§. 17. *Inſurgunt Principes in eos, qui illos reprehendunt. Ex Paradiſo ſcripſit Elias Regi Ioram. Vrſis comparantur & viuis expreſſis.*

☞ 13. I. Principes nolunt de varijs ſuis redargui.

NOnne benedicimus nos, *quia Samaritanus es tu & dæmonium habes?* Perpende quòd illi referant reſponſum, tam horrendas euomendo blaſphemias, eum Samaritanum inſimulando & dæmoniacum. Quis aliter futurum, Dñe mi, credidiſſet, quàm quòd te tam inhumanè exciperent dicentem illis veritatem. Quinam ſunt iſti? Principes Sacerdotum. Hoc eſt recambium, quod communiter reprehendunt tales ijs, qui eorum vitia reprehendunt & arguunt iniquitates.

Ponderamus inter alia quæ Prophetæ Iob non modicam videbatur inuoluere difficultatem hoc vnum cenſeri. nempe reprehendere & arguere Regum & virorum potentium iniquitates, illiſq; in facie ſinceram aperire veritatem: *Quis arguet coram eo vias eius?* eam ob cauſam ſerra lignea medium diſſecuit Iſaiam Rex Manaſſes, & Ieremiam puteo demerſerunt, & Michæam in conſpectu Regis alapis ceciderunt. Præclarâ lamentatur eloquentiâ Seneca infauſtum exitum magni illius Philoſophi Caliſthenis diſcipuli quondam Ariſtotelis: eo quòd veritatem aperuiſſet & candidè dixiſſet magno illi Monarchæ & Principi Alex. Magno cum celebrem illam & illuſtrem retuliſſet de Dario victoriam: quâ turgidus haberi ſe voluit Dominum mundi, & in tantam elatus eſt arrogantiam, vt ſe Deum vocari iuſſerit & adorari. Opponit ſe Regi Caliſthenes Philoſophus arguitque eum in hoc imprudentiæ, talemque illum dedecere monſtrat prætenſionem homini mortali impoſſibilem. Illico criminis eum accuſat conſpirationis, præcipitque vt Prætor eũ de hoc crimine in ius vocaret mandatq; illi aures nares, & oris labia præſcindi, & anguſtâ ferrea tranſenna concludi, cui pariter canis ſociaretur, & tandem crudeli nimis, & doloroſa nece interimi: non enim aliud ſperare poterat qui tãtis Principibus auſus fuit dicere veritatem eiuſque inſulſas arguere prætenſiones. Ea de cauſa (vt ibidem aduertimus) quatenus impio Regi Baltaſſar veritas proponeretur; diſponit Deus, vt tres tantummodo manus digiti apparerent, quæ ſcribant Regi denuntianda: ſic vt arguentem non videat, nec in eum poſſit vltor commoueri.

Tract. 1. n. 117.

Iob 21. 31.

II. Ideo mortem ab Alexandro tulit Caliſthenes.

Graues patitur difficultates nec minora myſteria illa hiſtoria, quam refert Spiritus Sanctus in vita Regis Ioram. Fuit hic Sanctiſſimus Regis Ioſaphat filius, verum tanta peruerſitate malus, vt parente mortuo cum primum ad regni gubernacula heres aſcendit, ſeptem fratres ſuos vtique meliores ſe, fratricida interemerit. Hic idololatriam reſtituit & idolorum ſacrificia redintegrauit, quæ pater ipſius longiùs amandauerat, fuitque vita illius, non ferenda ſentina iniquitatum. Refertur quod traditæ fuerint illi litteræ Prophetæ Eliæ, in quibus ex parte Dei non tolerãda eius grauiter carpebat ſcelera, ob quæ prænuntiabat illi horrenda ſupplicia, quibus in illum Deus ſcelerum vltor animaduerteret: *Allatæ ſunt autem ei litteræ ab Elia Propheta, in quibus ſcriptum erat. Hæc dicit Dominus Deus Dauid patris tui quoniam non ambulaſti in vijs Ioſaphat Patris tui &c. Inſuper & fratres tuos meliores*

III. Epiſtola de Paradiſo mittitur ab Elia Regi Ioram.

2. Par. 21. 2.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

ſtores te occidiſti : Ecce Dominus percutiet te plaga magna &c. Obſtupeſcunt aures hæc intelligere. Iam à multis annis raptus fuerat Elias igneo curru in Paradiſum, in quo fuerat etiam tempore
4. Reg. 3. 11. Ioſaphat huius Regis Ioram Patris, vt legimus. Quomodo igitur ſcripſit ex Paradiſo Regi Ioram litteras? Et quis illas detulit? numquid forſitan Cherubim, quem facit textus à Deo conſtitutum referet ad portam Paradiſi illius cuſtodem fideliſſimum?

IV. Quis hic fuerit Elias. Opinantur aliqui quòd non fuerit hic Elias, qui litteras has exarauit, ſed alius qui in diebus vixit Regis Ioram, ſic aſſeruit Magiſter hiſtoriarum cui noſter ſubſcripſit Cardinalis. Sed hoc nequaquam ſatisfacit: cum in nullo ſacræ paginæ loco talis fiat mentio Eliæ: qui neceſſariò vir eſſe debuit famâ celeberrimus, cum tale quid attentauerit. Et ſacra Scriptura teſtatur quòd erat Propheta: & continua ſua phraſi, dum de Elia vate loquitur, manifeſtum eſt quòd loquatur de celeberrimo Propheta. Nonnulli dicunt, quòd antequam raperetur in Paradiſum litteras illas ſcriptas reliquerit Prophetico ſuo ſpiritu præſcius non ignorans, quæ mala poſtmodum Rex ille Ioram eſſet patraturus, quatenus ſuo tempore illi legendæ traderentur. Sic doctiſſimus indicat Epiſcopus Ianſenius: nec ſimiliter quadrat hoc: ſi
In c. 48. Eccl. n. 6. namque ita fuiſſet, hoc Spiritus Sanctus indicaſſet, & nobis declaraſſet, in cuius poteſtate vel manibus relictæ fuiſſent illæ Epiſtolæ, & quis

V. Opinio Auctoris. Lib. 1. Chro. eas Regi porrexiſſet. Id quod in his ſapio, hoc eſt, quod arbitratur doctiſſimus noſtri temporis Archiepiſcopus] Genebrardus. Quod cum Rex hic vitam ageret adeo peruerſam & ab omni virtute alienam, nullus in mundo repertus eſt qui gratia hæc eius ſacrilegia & non tolerandas argueret impietates: proinde neceſſarium fuerit, vt Elias ex Paradiſo vbi morabatur, & iam moratur, eaſdem illi exprobaret, litteriſque reprehenderet, quæ ſubito fuerunt illi traditæ perlegendæ. Non dicit quis illas tradiderit, ſed ſacra pagina verbo vtitur imperſonali, dicendo: *Allatæ ſunt autem ei litteræ*, & veriſſimè credo, quòd illæ coram eo litteræ apparuerint, ſic vt neſciretur quis illas adferret. Et ſatis hoc confirmat textus Hæbraicus iuxta noſtrum Pagninum: *Et venit ad eũ ſcriptura ab Elia Propheta.* Videtur enim Epiſtola illa per aëra delata illi in manus inſperato incidiſſe, nullo curſore apparente: vt enim tales arguantur, & de ſuis corripiantur iniquitatibus, oportet vt inde ex paradiſo reprehenſio prodeat, nec reprehenſor, quis ſit, appareat: qui namque hoc attentare præſumeret, graui ſine dubio vitam ſuam aleæ ſupponeret: *Quis arguet vitam eius coram eo?* Conſidera qualiter iſti Deum ipſum exciperent, qui factus homo coram præſens oculis ipſos reprehendit: etenim velut aſpides & viperæ pedibus attritæ in eum reſurgunt, verbis quibus poſſunt maximè calumniatorijs: cum vocando Samaritanum, & à diabolo arreptitium: *Nonne bene dicimus nos &c.*

D. Hieronym. arbitratur ipſos valde ſubtiliter deſignari apud Iſaiam, eorum nomine dicentem: *Rugiemus quaſi vrſi omnes.* Vrſus animal eſt ...tiſſimum, delectatur valde lucta, ſed ea conditione ne nimium prematur, vires adhibendo, quibus in terram deijciatur, ſed ſi brachijs luctetur homo debilioribus, & tandem ſe cadere paratur, quaſi ab illo ſit ſuperatus, tunc maximè tripudiat, & hominem demulcet: verumtamen ſi nimium premat conatus illum deijcere, rugit vehementer, & hominem tantâ feruens cholerâ comprehendit vt inter brachia collidat. Sic Totilæ Regi contigit Aſturiæ filio ſancti Regis D. Pelagij prout narrat hiſtoria Pontificalis: luctatus etenim cum vrſo, fortiter adeo illum conſtrinxit, vt de caſu ſibi vrſus timeret, quocirca in eum ferocior inſurgens tanta vi eum inter brachia colligit, vt medium diſruperit morteque hinc Princeps deceſſerit infauſtiori. 54 In c. 59. Iſaia. Iſa 59. 11. VI. Iudæi vrſis comparantur.

Hæc eſt vrſi conditio, hæc eſt natura peccatorum potiſſimum autem potentiorum. Perplacet illis, vt Prædicatores cum illis luctentur, vt eos in commum reprehendant, vt eos confeſſarij caudâ (vt dicitur) vulpinâ caſtigent. Nullus maiori pollet auctoritate prædicator, nullus frequentiori potitur auditorio, quàm ille, qui vitia reprehendit, qui contra peccata in communi debacchatur, & cum peccatoribus luctatur in incertum, ſic vt nullum premat in ſingulari. Verum ſaluet te Deus, ſi nimium comprimas, ſi hunc in particulari redarguas, quod bona poſſideat aliena. Si illi declares, niſi reſtituerit, rectà eum tendere ad infernum: Si alteri dixeris: nequeo te abſoluere: quia domi vel ad manum retines offendiculum: Si huic exponas, quod vita eius ſit Reipublicæ ſcandalo: tunc etenim inſurgunt vt ſerpentes, & potentiæ ſuæ brachijs conſtringunt, dicendo & faciendo quidquid poſſunt, inſimulantes prædicatorem vt imprudentem, Confeſſarium vt ſtultum, & ignorantem illos corripientem. VII. Auditoribus hoc applicatur.

Exem-

VIII. Confirmatur in Herode. *Matt.* 23. 33. *Marc.* 6. 20.

Exemplum repetamus toties productum Diui Ioannis & Herodis. Quamdiu hic Chriſti præcurſor adulteria, ſtuprum, luxurias, & peccata ſcandalum patientia reprehendebat in communi, dicendo: *Genimina viperarum &c.* Quàm hoc gratum erat placebatque Herodi? audi D. Marcum: *Herodes metuebat Ioannem, ſciens eum virum iuſtum, & Sanctum, & cuſtodiebat eum, & audito eo multa faciebat, & libenter eum audiebat.* Porro cum nodum ſtrinxit fortiùs, vt inceſtuoſum illum & ſcandaloſum in terram proſterneret adulterum: cum in faciem illi obiecit: *Herodes non licet tibi habere vxorem fratris tui.* Herodes certum ſit tibi & indubitatum, quòd rectà properas ad tartara: diuinam etenim tibi in caput iram prouocaſti: totam quid dico ciuitatem, imo regnum offendiſti: confeſtim rugire cœpit vrſus hic irâ inflammatus, illumque poteſtatis ſuæ conſtrinxit brachijs, & carceri mancipauit, nec hoc ſatis: imo caput illi vitamque abſtulit adulter & homicida.

IX. Peccatores nolũt in particulari corripi.

Hoc tibi eſt familiare: Etenim delectat te, ſi in communi, & in confuſo vitia corripiamus: ſed non ſi te in particulari brachijs conſtringamus intendendo aliquam in te fore circumſtantiam quæ te ex hoc communi deducat: Et dum impudicorum taxamus inuerecundiam, non indicemus hoc tibi conuenire qui tuo indicio vitæ melioris habes intentionem. Quàm tibi placet, & quanti facis talem prædicatorem, talemque confeſſarium? Illi blandiris, illum ad epulas inuitas, illi fercula mittis, illum viſitas, & eum tuarum laudum eligis tibi buccinatorem. O ſi negotium premeremus, & tibi fœnerator in particulari, tibi luxurioſo, tibi lenoni diceremus: Auferet te diabolus: Ex patre diabolo es, & deſideria patris tui diaboli conaris implere. Quales obſecro in nos inſurgeretis? *Rugiemus quaſi vrſi omnes.* Quales in prædicatorem calumniæ? Quales tali Confeſſario execrationes? Quoties objiceretur illi cum Phariſæis: Samaritanus es & dæmonium habes? Saluator negotium vrſit, ſuam illis exponens perfidiam: *Si veritatem dico vobis, quare vos non creditis mihi?* Vobis & pro vobis dico rebelles eſtis diuinæ veritati, & quod hoc procedat ex eo, quod eſtis non Dei ſed diaboli filij. Perpende, quàm atrocibus proſiliuit ignominijs: *Nonne benedicimus nos: quia Samaritanus es tu & dæmonium habes?* Quàm hoc indubitatum erat, Domine mi te nimirum aliud nihil relaturum ex illorum reprehenſione criminum, quàm ignominiam, iniuriam & calumniam? Quinimo hac de cauſa te morti tradent crucis ignominioſæ.

X. Allegoria de torculari.

Myſtica fuerunt illi verba quibus Angeli Chriſtum cœlos aſcendentem interrogant: etenim illa Spiritu Iſaias Prophetico intelligit. Percunctantur Angeli videntes eum cœlorum petere ſublimia manibus, pedibus, & latere vulneratis: hæc namque vulnera cœlo inferre maluit, abolere noluit: *Quis eſt iſte qui venit de Edom, tinctis veſtibus de Boſra?* Edom terra erat peruerſæ gentis ex progenie Eſau. Boſra verò ciuitas erat plena peccatoribus. Quis eſt iſte qui aſcendit tinctis veſtibus de terra Edom, & de Boſra Ciuitate? Reſpondet illis idem ipſe: *Ego Dominus qui loquor iuſtitiam.* Ego Dominus qui prædicaui, & operatus ſum iuſtitiam & ſanctitatem: ego Dominus, qui mundo veritatem annunciaui, eiuſque vitia reprehendi. Si igitur Domine mi iuſtitiam feceris, nec alicui fueris iniurioſus quinimo iniurias Deo & hominibus illatas moderari volueris: quâ ratione plagis procedis confoſſus, & veſtimentum tuum ſanguine apparet imbutum, ſicut calcantium vuas in torculari? *Quare ergo rubrum eſt indumentum tuum, & veſtimenta tua ſicut calcantium in torculari?* Quinimo eo ipſo, reſpondet Dominus, quia torcular calcaui vuaſque pedibus fortiùs compreſſi, mea rubent ſanguine veſtimenta: *Torcular calcaui ſolus &c. Calcaui eos in furore meo, & conculcaui eos in ira mea, &c. & omnia indumenta mea inquinaui.* — *Iſai.* 63. 1.

XI. Vuas præmere eſt vitia corripere

Mihi contigit, quod illi, qui in torculari vuas premit: quam enim fortius calcat & pedibus duriùs impetit, hæc in vinum dirumpitur vberiùs, quo pedes illi totumque corpus inquinantur. Talis aſcendit Chriſtus in cœlum, manibus & pedibus clauis confixus, latere lancea transfixo, torcular hoc erat, vbi totum ſuum effudit ſanguinem ex quo corporis ſui ſanctiſſimi totum rubuit indumentum. Quid hoc Domine mi? Quis hanc tibi intulit iniuriam cum nulli fueris moleſtus ſed omnibus beneficus? Conſiderarunt te hoſtes tui, atque ſic ab omni culpa te fatentur immunem, vt tuæ ſe ſubijciant interrogationi: *Quis ex vobis arguet me de peccato?* Ratio eſt: quia torcular calcauit & vuas illas conculcauit, Phariſæos, inquam, Scribas & Principes, eos paulo fortiùs conſtringens, clariſſimè ob oculos illis oſtendens, quòd filij eſſent diaboli, iurati veritatis inimici, quos ipſa obcæcabat iniquitas, ne viderent illam, ſole tamen cum eſſe ipſa lucidior. Ecce in quas erepſit ignominias, & calumnias: Chriſtum enim Samaritanum

ritanum

ritanum cognominant & lymphaticum, lapides congregant, quibus illum ſuffocent, atque exinde conſilium ineunt perdendi illum, crucique affigendi.

XII. Quis fructus bono prædicatori.

Quid, opinaris optimus colligere poterit Prædicator, quis prouentus Confeſſario futurus tuã calcanti conſcientiam; & iuſtiſſimus iudex ſupplicirum brachijs conſtringens maleficos ſtrictamque exercens iuſtitiam? quid obtinebit? Quod emolumentum Confeſſario tibi neganti abſolutionem, niſi maleparta reſtituas, niſi turpem illam remittas amicitiam, qua tibi perditur anima, & niſi famam in integrum rependas, quam honeſtæ puellæ detractor abſtuliſti. Qui te premit acriter & Dei Zelo feruens pedibus calcat, vt dicere poſſit: *Calcaui eos in furore meo & conculcaui eos in ira mea?* Nihil aliud illis ex his remanet, niſi perſecutio, niſi honoris detractio, niſi ipſius vilipenſio, modi illius agendi vituperatio, vt tandem exclamet: *Omnia indumenta mea inquinaui.* Bonum hoc non arbitror indicium, quod prædicator ſuo decenter fungatur officio, dum omnes illi applaudunt, omnes eum magnificant: nec quod ſuo confeſſarius muneri ſatisfaciat, qui placet omnibus, qui nemini diſplicet. Quando te audio murmurantem de prædicatore vel confeſſario: Rigidus eſt nimis & auſterus, & ſupra modum ſcrupuloſus; vt verum conijcio, quod optimus ſit ille miniſter, & præco veritatis.

XIII. Quis bonus ſit prædicator.

Hinc habemus quod Dominus ait Apoſtolis ſuis, illos Euangelicæ veritatis miniſtros inſtituens, vt hoc fauſtum indicarent omen, quando ab alijs paterentur perſecutiones, iniurijs afficerentur & contumelijs impeterentur. Hoc etenim Prophetis contigit legitimis veriſque Dei Miniſtris: etenim Miniſtros eius prout conueniebat,

Luc. 6. 22. excipiebant: *Beati eritis cum vos oderint homines, & cum ſeparauerint vos, & exprobrauerint, & eiecerint nomen veſtrum tamquam malum, Gaudete in illa die & exultate &c. Secundum hæc enim faciebant Prophetis patres eorum.* Contriſtarentur autem & timerent, quando titulis & honoribus exciperentur, omnes venerarentur, omnes illis applauderent, omnes primam offerrent dignitatem: hoc enim foret indicio, quod perperam ſuo fungerentur officio: hoc enim (ait) modo Pſeudoprophetis & deceptoribus blandiebantur: *Væ cum benedixerint vobis homines. Secundum hæc enim faciebant Pſeudoprophetis patres eorum.*

Ex hac doctrina declarat D. Thomas de prædicatoribus & confeſſarijs, ac diuinæ veritatis miniſtris, quod ait Apoſt. Timotheo diſcipulo ſuo, calcar illi adijciens quò liberè ac intrepidè veritatem prædicet, ſeipſum illi præſtituens exemplar, atque in memoriem reuocans, quas paſ-

2. Tim. 3. 11. ſus erat perſecutiones, eo quod fideliter ſuum executus fuiſſet officium Antiochiæ, Iconij, & Liſtris: *Tu autem aſſecutus es &c. Qualia mihi facta ſunt Antiochiæ, Iconij & Liſtris, quales perſecutiones ſuſtinui:* & generali concludit axiomate: *Et omnes qui volunt pie viuere in Chriſto Ieſu perſecutionem patientur.* Nec credideris (inquit Dominus) meliorem fore ſortem famuli quàm Domini, vel diſcipuli quam Magiſtri: *Si me perſe-* Matt. 10. 25.

cuti ſunt & vos perſequentur. Perpendite qualiter me tractauerint. Etenim arreptitium irriſerunt, & Samaritanum. *Si patrem familias Beelzebub vocauerunt quanto magis domeſticos eius?* Vide qualiter illum habeant eorum vitia corripientem: *Nonne bene dicimus nos quia Samaritanus es tu, & dæmonium habes?*

§. 18. *Probant illi ſe de corpore eſſe Leuiathan, & ad ſupremum perueniſſe malitiæ per illud.* Bene dicimus nos &c.

NOnne benedicimus nos: Quia Samaritanus es tu & dæmonium habes? O perduelles, quàm certum erat, quòd in eum inſurgeretis, qui veſtram ſuſcepit curationem, cum vos velut freneticos extrema poſſideat malitia, qui ipſi medico ipſos curanti feroces inſultantur. Hoc ipſum confirmat, quod diuinus ille Magiſter dixerat; & qui apprimè nouerat veſtræ radicem & originem infirmitatis: nempe quod non ex Deo, ſed ex patre eſtis diabolo. Hoc inter alia ſtatuit Spiritus Sancti indicia ex quibus cognoſci poteſt aliquem à diabolo eſſe poſſeſſum: ſcilicet dum refellit correctionem, atque in eum contumax inſurgit qui illum corripit eique aperit oculos. Sic declarauit D. Rabanus Maurus, ex quo idem ſumpſit Liranus, illud Spiritus S. *Qui odit correptionem veſtigium eſt peccatoris.* Per peccatorem intelligit diabolum, qui ſic antonomaſticè vocatur & eſt, per quem peccatum intrauit in hunc mundum. Ex veſtigio & ſigno cognoſces, quis in illa habitet anima. Aduertis in horto vel campo veſtigium, atque ex illo cognoſcit aliquis illuc tranſiiſſe ceruum, vel aprum. Ex veſtigijs

Eccl. 21. 7. 1.

Vnde cognoſcatur eſſe diabolus in anima.

quæ notauit in templo Bel, cognouit & confirmauit apertè Daniel, quòd ille non eſſet qui comederet, ſed fabulam eſſe, quodque viri, mulieres, & paruuli eo fuiſſent ingreſſi. Quot eſcumque te alter ex charitate corripit, tuoſque ſignat defectus, eiuſque tum reprehenſionem acriori repercutis calumnia, ſignum eſt, quod diabolus eo intrauit, qui ſicut pater eſt mendacij, veritatem vt ſibi contrariam, refellit & audire dedignatur, Eſt autem correptio lux quædam, aperiens oculos, quâ malum conſpicias, quod inimicus ille tibi refert: vnde dum illa tibi proponitur, illum impugnat qui eam introducit: velut latro in domo rapiens noctis confiſus tenebris, quod ſi viderit alterum intrantem vel lumen proferentem, in illum conturbatur, & ad canem vſque ad latrantem & manifeſtantem, vellet ſi poſſet, gladio trucidare.

II. Dæmon optimè deſcribitur. *Lib 33. mor. c. 29. 30. 31, Iob. 41 6. 7. Lib. 3. de vſu partium c. 12.*

Quàm egregiè declarat idem Deus locutus cum Iob viuis dæmonem coloribus depingens, qui vtique eum probe cognoſcit: deſcribit illi corpus, quod ſicut notat eleganter D. Gregor. congregatio eſt reproborum, quorum caput diabolus eſt, ſicut Chriſtus caput eſt congregationis iuſtorum: & illum deſcribit in figura corporis ceti, quem dicit Leuiathan, ſub cuius ſpecie diaboli declarat proprietates. Audiamus: *Corpus eius quaſi ſcuta fuſilia compactum ſquammis ſeprementibus, vna vni coniungitur, & ne ſpiraculum quidem incedit per eas.* Signat hic cutem balenæ quam Galenus dixit inſtar æris obduratam, & quamuis, vt notat Opinianus pellis illius nullas habeat ſquammas, vel conchas, eam tamen dicit adeo fortem ac ſi ſquammis eſſet compacta: *Quaſi ſcuta fuſilia.* Proinde Septuaginta legunt: *Colligatio illius, ſicut lapis Smyrtes, vnus vni conglutinatur.* Smyrtes lapis eſt quem dicimus Smaragdum de quo dixit Olympiodorus hanc ſecutus lectionem quod duritie exæquet adamantem, & quod ad ictus reſiliat de quo loquuntur Dioſcorides & Galen.

Lib. 5. c. 23 Lib. 6. de ſimpli. medi. facult.

III. Eius etiã ſectæ.

Habes hic, ex mente D. Greg. deſcriptos illos qui ex parte ſunt diaboli, & eius componunt corpus, eumque vt caput ſuum celebrant, regimen eius & impulſum ſequentes: in malitia ſic obdurati ſunt & compacti, vt nullum in illis effectum habeat nec cor eorum mollefaciat ictus correptionis: imo illum repercutiunt, ſicut æs & Smyrtes: quod ſi lapidẽ illi vel ſagittam immittas illã in te retorquet illaq; te vulnerat. Et admirabili quadam proprietate (ſic D. Greg.) ſquammas illas duriores ænea vocat ſcuta: *Scuta fuſilia:* Quis ſcuto te ab illo defendis, qui te vel pugione confodere, vel lapide conatur impetere. Sic ſe res habes etenim illo ſe reprobi defendunt & ſuam tuentur nequitiam, dum ictus refellunt & in vibrantem retorquent, eumq; qui vel ſagittam, vel lapidem torſit correptionis: quinimo hoc ipſum patuit (teſte eodem D. Gregor.) in communi noſtro parente: Hic etenim primus fuit, quem poſſedit diabolus, quando Deus eum pro culpa correpturus inobedientiæ ſagittamque iaculaturus acceſſit, reſpondet ille, repercutiens & in Deum ipſum culpam iniiciens dicendo: *Mulier quam dediſti mihi ſociam, dedit mihi de ligno &c.* Notate verba: tu mihi dediſti mulierem in ſociam & præſcripſiſti vt pariter cõuiueremus: me prouocauit, illa me perdidit: vnde tibi hoc imputandum, qui talem mihi ſociam aſſignaſti. Et ex illis (inquit D. Greg.) nata calamitas, vt ex medicina trahant peccatores venenum & cui gratias rependere debuiſſent, illum grauiùs offendunt. *Gen. 3. 12.*

57 Quoties hoc tibi contingit: quod ſi quiſpiam tuas tibi aperiat imperfectiones, ictum retundis & in eum aſſurgis contumelioſus & ſi quidpiam tibi occurrat quod illi obijcias continuò in faciem illi exprobas & rudicas expedire magis vt frateculus ille in cella ſua, & Clericus in choro & vicinus domi remaneret; illique magis conueniret quæ ibi aguntur perpendere, & aduertere, quàm ad aliena. Sic videmus Phariſæos Chriſto inſultantes. Satis ſuperque confirmatur quod Chriſtus illis dixerit, quòd membra eſſent corporis diaboli, eoſque ipſe poſſideret: *Vos ex patre diabolo eſtis.* Perpende, precor, qualiter ſe ſcutis defendant & datam illis repellant correptionem in eum illam retorquentes, dicendo: *Nonne benedicimus nos: Quia Samaritanus es tu & demonium habes?* Conſidera cum D. Greg. quàm propriè vates Iſaias eorum delineet malitiam ſub figura Ericij: *ibi habuit foueam Ericius.* Ambulat Ericius & ſe extendit ad qualibet, verum ſi illum tangere volueris, vel manu comprehendere, in globulum ſe contrahit ſpinarum pungentium: *Ericij nomine malitioſarum mentium, defenſio deſignatur: Ericius namque ſeipſum in ſpherã colligit, ſpinis vndequaque pungens &c.* Tales ſunt illi: videtur enim quòd ad interrogata velint reſpondere Saluatoris: *Quis ex vobis arguet me peccato?* Vt enim ſe preſſos viderunt, ne Chriſtus gloriaretur, quòd illis os occluſiſſet, & virtute confu-

D. Greg. Lib. 33. mor. c. 32. IV. Iudæi Ericio cõparantur.

confudiſſet veritatis: proſiliunt, eam repercutiendo, ſeque eius propoſitis pertinaciter opponendo.

V. Quæ Iudæorum in Chriſtum calumniæ.

Duo Chriſtus illis aſſeruerat. Primum: quòd vita ſua munda eſſet, innocens, & impolluta. Secundum: quòd doctrinâ ſuâ nihil eſſet veriùs, & clariſſimam doceret veritatem: hæc duo conantur refellere: & quatenus dicerent illi doctrinam eius non eſſe veram, illum appellant Samaritanum: quia apud Iudæos Samaritani erant, ſicut apud nos hæretici, qui falſa ſectantur dogmata. Vt autem retorquerent, quòd Sanctus non eſſet, & impollutus, eum accuſant, vt à diabolo arreptitium. Attende, precor, quàm fortiter ictum retundant, quantoque furore in medicum phrenetici proſiliant, ſic vt tantam euomentes blaſphemiam, quâ maior dici non poteſt, ſupponant in hoc ſe bene dicere: *Nonne bene dicimus nos.* Et hoc eſt, quod ſemper dixerunt, & modò dicunt atq; in eo pertinaciter obfirmâtur: ita vt ex eorum iudicio quotieſcumque hoc dixerint, bene dixerint. Hoc erat eorum frequentiſſimum idioma, quô de Chriſto loquebantur, dicentes: *Beelzebub habet*, dæmoniacus eſt, & diabolo con fœderatus, necromanticus, & præſtigiator: ab illis enim, vt notat D. Cyprian. Gentiles illud hauſerunt, qui prodigia videntes facta à Diſcipulis Domini, & Sanctis in eius nomine; obijciebant eos eſſe incantatores & necromanticos atque peruerſis & illicitis artibus ea, quæ videbantur, patrare miracula. Hæc omnia nunc inſinuare volunt Iudæi: *Nonne bene dicimus nos: quia Samaritanus es tu & dæmonium habes?*

Lib. de idol. vanit.

Optima ratione dicere poſſemus, Deoque contra iſtos querelas exponere, quas ſapientiſſimus ille Princeps Eliu (licet ex errore) contra Iob: *Pater mi, probetur Iob vſque ad finem &c. quia addit ſuper peccata ſua blaſphemiam.* Eia Domine ſupplicium tuum ſic corrobora & effunde, vt tantæ ſufficiat puniendæ præſumptioni; cui non ſufficit de peccatis offendere, ſed tantis inſuper te prouocat laceratque blaſphemijs. Perduelles: quibus non ſatis eſt, tam iniquam protuliſſe rationem, quâ legitimum Dei Filium inhonoraſtis, vt Samaritanum & dæmoniacum: & de tantis vos arrogantes effertis contumelijs: vt dicatis: *Nonne bene dicimus nos?* Hoc eſt ſummum profundum, ad quod demergi poteſt peccator, quando non tantum illi ſufficit malum agere: ſed inſuper & de hoc gloriatur, quaſi de benefactis. Quando nedum impudicus es; verum & te iactas impudicum: quando nedum arrogans es, teque pauperi opponis aduerſarium ſed inſuper & hoc tibi retorques in gloriam.

Iob. 34. 36

VI. Iudæorũ grauiſſimum ſcelus.

Exotica fuit illa maledictio quam ſibi Iob eſt imprecatus: *Si oſculatus ſum manum meam ore meo*, faxit Deus, vt infauſta hinc morte tollar: *Humerus à iunctura ſua cadat & brachium meum cum ſuis oſſibus confringatur.* Quid ergo criminis eſt te manum propriam oſculari? Phraſis eſt mundo familiaris, oſculari manum: hanc etenim in Epiſtolis ſcribis abſentibus, & verbis profers præſentibus. Attendas, inquit, hanc eſſe iniquitatem maximam, & iniuriam Deo execrandam: *Eſt enim iniquitas maxima, & negatio contra Deum altiſſimum.* Non capio. Noueris igitur manum tuam tuum eſſe peccatum: eſt enim tuarum manuum opus. Opus bonum opus eſt manuum Dei: *Omnia opera noſtra operatus es nobis Domine.* Peccatum autem minimè, ſed tuarum opus eſt manuum: hoc enim eſt: *Sine ipſo factum eſt nihil.* Malum eſt peccatum committere, luxurioſum eſſe, profanum, iuratorem, dilapidatorem: Sed non ex toto, quando te criminis pudet, & quod ſciat alter, verecundaris. Quando vero eò deueniſti, vt nedum flagitia cõmittas, ſed inſuper & in eis ſic tibi complaces, vt ea ore tuo reprobus exoſculeris: hoc eſt, vt dicas bene feci, & de peccato gloriaris, atque arroganter te iactas de verbo, quô proximum dedecore affeciſti, atque de vita prophana atque inhoneſta, quam cum tali muliere ſcortator ducis: & tibi honori ducis vanitatem, quâ tuas abliguris facultates: *Hæc eſt iniquitas maxima. Quoniam laudatur peccator in deſiderijs animæ ſuæ & iniquus benedicitur, Exacerbauit Dominum peccator.*

Iob 31. 7.

VII. Quid ſit manum oſculari.

Iſai. 26. 12.

Pſ. 9. 24.

VIII. Peſſimũ eſt de malis gloriari.

O perfidos illos, quos vidit Vates Ezechiel dorſa vertentes ſanctuario Dei, & facies ſuas ad profana idolorum ſimulacra, & delectabantur in his, flores ſibi & violas colligentes, ac naribus apponentes: quaſi illud quod agerent, tam bonum eſſet opus, ac inter flores obambulare vernantiſſimos: cum hæc ſit ſuprema in ſuperlatiuo gradu peruerſitas: *Iniquitas maxima.* Videtur tamen hæc Iudæorum ſupercellere peruerſitas: quia non ſolum tam horrendam in Chriſtum committunt blaſphemiam, eum inſimulantes, vt dæmoniacum & Samaritanum, & non ſolum hoc pertinaciter aſſeuerant, atque de eo ſe glorіabundi iactant: ſed hoc ita benedictum autumant, vt dicant: *Nonne bene dici-*

Ezech. 8. 19.

 mus

mus nos: Quia Samaritanus &c.

IX. Hoc eſt quod admiratur D. Chryſoſt. tamquam rem omnino inſolitam & miram, videre iuſtos timore perculſos, non ſolum quando illius aliquid offertur, quod ad peccatum inclinat: Verum etiam in ipſo bono quod exercent, non paruo torqueri ſcrupulo, in oratione, in eleëmoſyna, in communione, in confeſſione. Heu Domine mi, neſcio an integram fecerim confeſſionem, vel an eleëmoſynam ex vero affectu ad Deum ſim elargitus. Quàm meticuloſus (ait ille) erat Iob, illo tamen cumulo bonorum operum ditiſſimus: *Verebar omnia opera mea*, Si forte in bono opere, quod faciebam, meâ culpa quidam intercurrerit defectus: & ex alia parte ſpectare reprobos adeo ſecuros in malo, quod operantur, vt quantò grauiùs committunt delictum, tantò ſibi videantur eſſe poſſe ſeriores, quaſi rem effeciſſent, quâ mundus non poſſet facere meliorem: & cum Deo grauiſſimam intulerunt iniuriam, quam inferre potuerunt, ſic ſibi complacent, & congratulantur, ac ſi gratiſſimum Deo præſtitiſſent obſequium.

Reprobi in peccato ſunt ſecuri.

Iob 9.28.

Hoc quotidiana te docet experientia. Lapſus es in adulterium, & illum occidiſti qui tutas tibi perturbabat delitias & mortificabat voluptates, ſicut David Vriam: interim ita quietus, alacer & vultu prodis adeo ſereno, quaſi Deo ſacrificium litaſſes acceptiſſimum pauperem circumueniſti operarium, eiuſque bona tuâ vſurâ deprædatus es atque in eo tibi congratularis, ex lucro reportato ſummè delectatus, verbum dixiſti, quo illi quæ bona erat, calumniam intuliſti, vel quo præter rationem virum carpſiſti Eccleſiaſticum, & tuo iudicio acumen protuliſti ſubtiliſſimum, ex quo tibi congratularis. Hoc indicat Spiritus Sanctus malum incurabile, & adeo profundam ſcelerum ſentinam, vt ad profundiorem non poſſit demergi: *Sunt impij qui ita ſecuri ſunt quaſi iuſtorum facta habeant, ſed & hoc vaniſſimum iudico.* Ita ſunt ſecuri flagitia committentes grauiſſima: ac iuſti opera facientes ſanctiſſima: Imo ſecuriores. Vt enim dictum eſt, electi bonum aliquod opus facientes, verentur, ſibi timent. Illi verò grauiora committentes ſcelera, tanto ſunt ſecuriores.

Eccl. 8.14.

§. 19. *Non reſpondet Chriſtus omnibus illis calumnijs ſibi obiectis: Sapientis quippe eſt diſſimulare in quibuſdam.*

EGo dæmonium non habeo, ſed honorifico Patrem meum, & vos inhonoraſtis me. Domine nimis breue, meâ quidem ſententiâ, & ſuccinctum tuum eſt reſponſum: duo namque tibi obijcerunt. Primum: quòd Samaritanus ſis vt malæ generationis, peruerſæ nationis, & legis iniquiſſimæ. Secundum: quòd dæmonium habeas, illicitis & peruerſis vacans operibus: & ad ſecundum tantum reſpondes. Forte primò, tacendo conſentis? ſcripſit Diuus Hieronym. contra errores Ioann. Epiſcop. Hieroſolymitani fautoris doctrinæ Originis & in illa arguit ipſum, illi dicens, quòd D. Epiph. octo illi propoſuerit errores, ipſe verò ad tres ſolummodo reſponderit. Quô inquit D. Hier. confirmatur, te quinque cæteros conſentire: *Qui arguitur in pluribus, & in delatione criminum aliqua prætermittit, quidquid, tacuerit confitetur.* Hoc tibi Domine, quantum, video, poſſemus obijcere. Cæterum, ò diuina ſapientia, quam nos egregiè doces, quæ nobis ſunt facienda. 58

Epiſt. 62. ad Pamach.

Primò cum manſuetudine reſpondet (ſic D. Chryſoſt.) vt oſtendat nobis, dum alterum aduertis tibi grauiter infenſum, & quaſi furore phreneticum, hoc medium eſſe optimum, quo furorem eius attemperes, cum manſuetudine reſpondere: iam enim dixit Spiritus S. *Reſponſio mollis frangit iram, ſermo durus ſuſcitat furorem.* Quando ſtrenuiſſimus & prudentiſſimus dux efficaciùs vult obſtaculum bellicis opponere tormentis, non lapides duros eligit, non duplicatas & triplicatas rupes, ſed ſaccos molli arena vel lana repletos: hæc etenim mollities glandium retundit impetum immiſſarum. Equus generoſiſſimus pedem ſiſtit & hæret, quando curſu ſuo rapidiſſimus in mollem offendit arenam vngulis ſuis minimè reſiſtentem. Elegans fuit illa Spiritus Sancti ſimilitudo: *Nec coneris contra ictum fluuij.* Magnæ ſignum eſſet ſtultitiæ velle te rapidiſſimo fluminis impetui reſiſtere: non enim hoc ſpectat, quàm vt illum vel parum comprimendo, ipſe te tantò propellat vehementiùs.

Hom. 41. in Ioan.

I. Chriſtus manſuetè reſpondet nobis in exemplū.

Prov. 25. & 1.

II. Similitudo.

Eccl. 4. 32.

Com-

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK PADERBORN

III. Similitudo. Eccl. 28. 14

Conatur Spiritus S. ex propoſito date remedium, quo virum ſupra modum ſtomachabundum, ſedare poſſis, & ad mentem reuocare. De ita loquitur: *Si ſufflaueris in ſcintillam, quaſi ignis exardebit: Et ſi expueris ſuper illam, extinguetur, & vtraque ex ore proficiſcuntur.* Proponitur tibi carbo ignitus æquefaciliter illũ potes extinguere, ac vehementiùs accendere proprio ore: quia pari facilitate potes expuere, quam ſufflare: & in illum ſufflando feruentiùs accendetur, & in illum ſaliuam ejiciendo totum extingues. Furore nimio & colerâ feruens proximus in te exardeſcit: quod ſi ſufflaueris, illum momorderis, & pari bile commotus reſponderis, tanto ſuccendetur ardentiùs. Quod ſi candidam ſuperieceris ſaliuam, ſi ſuauiter, ſi prudenter, ſi blande reſponderis (etenim habemus ex D. Gregor. quod ſaliua, quia de capite profluit ſignificet ſapientiam) iram eius ſuffocabis: eo modo quò Abigail Dauidis iram temperauit, qui ſpumas ore nimium incandeſcens euomebat.

1. Reg. 25.

IV. Similitudo. Eccl. 28. 16

Appoſitè aduertit Spiritus S. quanti referat verbum in manſuetudine prolatum, vt eius cohibeat iram, qui verba profert ignita & contumelioſa: *Nonne ardorem refrigerabit ros? Sic & verbum* Feruet fornax Babylonica igne adeo vehementi, vt illius flammæ altiſſima penetrent elementa; reſina, pice, malleolis, ſtuppaque fomentatæ: qualiter ardor hic temperabitur? vel modicum deſcēdat roris, aura lenior, atque vis hæc tam violenta conſumetur: *Non ſic ferrum ignitum aqua intinctum ſtatim calorem amittit, ſicut ſi incidat in animam longanimem vir iracundus* ſic D. Chryſoſt. declarans illa verba Apoſtoli *Spiritum nolite extinguere.* Domeſtica ſimilitudine, flatus venti furioſu: pertranſeuntis lumen extinguit candelæ; quid facto opus ne lumen extinguatur? Oſtium occlude ex altera parte vt non habeat, quo egrediatur. Sedes in cubiculo tuo, candelam habes accenſam, intrat ventus per iſtã portam, propera & contrariam occlude ne pertranſeat, per hoc enim vis ei eliditur, nec lumen candelæ præfocatur. Si aperta porta per quam ventus ingreditur, aliam aperias ei oppoſitam tota cito lux extinguetur. Lux animæ tuæ pax eſt Spiritus Sancti qui illam lætificat & illuminat. Si hanc velis tibi conſeruatam aperta illa porta oris illius, qui tibi conuitiatur, & violentos contra te iniuriatum exſufflat ventos, ocius tu conclude portam tuam illi oppoſitam: & ventus ille quantocius ſedabitur: *Nonne vides in ædibus quando ex aduerſo, & directè ſteterint duæ ianuæ, ſitque ventus vehemens, ſi alteram clauſeris, nihil poteſt ventus, ſed magna pars virium eius præciditur. Ita quoque nunc duæ ſunt ianuæ, os tuum & os eius qui te contumeliis affecit, & conuitiis. Si tuam clauſeris, & flatum aduerſum non dederis, impetum retardas: ſin autem aperueris, non poteſt coniberi.*

D. Chr. Hom. 6. in acta & ho. 2. in ep. ad Hebr. & Ho. in c. 5. prima ad Theſſ. To. 4. 1. Theſſ. 5. 19.

V. Similitudo.

D. Chr.

VI. Exemplo cõfirmatur Iacob.

Hoc idem proſequitur D. Chryſoſtom. in hiſtoria Iacob. Animum nouerat hic fratris ſui Eſau in ſe grauiter vlceratum ob præreptam illi Patris benedictionem eidem vt primogenito debitam, quam tamen Iacob ſedulâ ſuâ diligentiâ & præuentione, licet iunior, præripuerat. Iram non ignorabat in corde Eſau feruentiùs excitatam, qua commotus eum graui perſecutione premebat, vt de accepta iniuria vindictam ſumeret, quam poſſet, atrociorem. Ex Meſopotamia reuertitur Iacob coniugibus & liberis ſociatus, opibus copioſiſſimè diues. Intelligit obuiam ſibi prodire fratrem militari manucinctum, ſpirantem minarum & cædis: quocirca obuios præmittit illi famulos ſuos, illum Dominum ſuum agnominans. Ite, dicit illis, ad Dominum meum illumq; nomine meo ſalutate pacifici, ipſe verò fratri occurrens, ſepties illum pronus in terra adorauit, iubetque vt vxores & filij ſui illum pariter adorent, omneſque ſerui totaque familia Eſau vt Dominum excipiant, & venerentur. Pacificè ſalutat illum, Domine mi, Angele mi, ſic enim interpretor verba Spiritus S. quibus Iacob fratrem Eſau ſalutauit: *Vidi faciem tuam, quaſi viderim vultum Dei.* An contrarium non erat verum? Iacob nonne ipſe Dominus ob præreptam illi primogenituram, & per conſequens ipſe qui debebat adorari? *Dominum tuum illum conſtitui & omnes fratres eius ſeruituti illius ſubiugaui:* ſic Pater Iſaac ad Eſau referens illi benedictionem, quam fratri illius Iacob impertierat, & quando ſuam illi dabat ſic ait: *Seruiant tibi populi & adorent te tribus, eſto Dominus fratrum tuorum, &c.* Quomodo ergo Iacob fratrem ſuum Eſau vocat Dominum ſuum, eum adorat & à tota vult adorari familia & obſequiis honorari? an ignoras ergo, hoc Iacob verti in honorem: quandoquidem: *Dedit illi Deus ſcientiam Sanctorum.* Eſt autem hæc ſcientia Sanctorum, vt ignem extinguant voraciſſimum frigidam injiciendo aquam: hæc eſt illa peritia: *Nihil manſuetudine violentius: nam ſicut*

Gen. 33. 10.

Gen. 27. 37.

Gen. 27. 29.

Sap. 10. 10.

D.Ch. Ho.inc. 33. Gen in illud Præcedat Dominus. To.1.

» *rogum cum valde accenditur, aqua iniecta reſtinguit: ita & animum camino magis exardeſcentem, verbum cum manſuetudine prolatum extinguit. Et duplex inde nobis lucrum accreſcit, tum quod nos manſuetudinem declaramus, tum quod fratris indignationem ceſſare facimus, & mentem eius à turbatione liberamus: non poteſt igne extingui: augei ignis ignem.* Hæc omnia ex Diuo Chryſoſtom.

VII. Diſſimulandæ ſũt calumniæ.

Deinde, vni reſpondet Dominus, opprobrio & non alteri (ſic D. Gregor.) vt nos inſtruat, quod non omnibus conuitijs, & iniurijs nobis obiectis ſit reſpondendum: etenim multæ ſunt diſſimulandæ & amore Dei perferrendæ, & aliquid omittendum eſt Deoque committendum. Turbabatur non parum Palladius Presbyter religioſus ob crimen aliquod ſibi impoſitum ex quo in tantam decidit mentis puſillanimitatẽ, vt dirumpi videretur. Eſt autem hoc in mundo frequentiſſimum. Hoc dolore pœnaque preſſus à D. Gregor. ſolamen petit & conſilium, qua ratione præfatis ſatisfaceret calumnijs. Hinc apage Palladi, reſpondet D. Gregor. an ergo arbitraris, quòd omnibus quæ tibi objiciuntur, ſit reſpondendum? Tuam ſcrutare conſcientiam & eius ſtude nitori, hoc te ſoletur, quod ait Apoſt. *Gloria noſtra hæc eſt, teſtimonium conſcientiæ noſtræ.* Et in mentem tibi veniat quòd Iob minimè reſponderit conuitijs omnibus ſibi ab æmulis propoſitis omni tamen ſic rationi contrarijs, & in graue ſui dedecus; ſed in pluribus ſibi obiectis oculos in Deum conijciens ſic ait: Domine mi, tu horum omnium noſti veritatem: *In cœlo teſtis meus.*

L.8. Epiſt. 25. ad Pallad.

2. Cor. 1.12

Iob. 16.20

VIII. Sic monet D. Gregor. Theopiſtam. L.9. p.39. ad Theop.

In detrimentum honoris illuſtriſſimæ Matronæ nomine Theopiſtæ ſparſit quidam crimina ſatis grauia, ſaltem eo tendentia an fides eius eſſet bona, ipſaque mulier Catholica, vt decebat; an vero hæreſi infecta. His afflicta calumnijs D. Gregor. ſcripſit poſtulans tantæ calamitati & ſolamen & remedium. Cui ſic Pontifex: miror vehementer illuſtriſſima Matrona quod cum cor tuum in cœlum fixeris, tantopere ſentias & inique patiaris impetus, quibus te terrenis oppugnant. Si verè cor tuum in cœleſtibus hæreret, parum te turbarent ea quæ contra te in terra maledici machinantur. Quidquid enim homines hic moliuntur, cæli ſtellas non poteſt obfuſcare. Numquid tu forſitan leuis arundo, vt quolibet vento huc & illuc inconſtans agiteris, & quilibet turbo detractionis te tantopere turbatam exagitet? non omnia te debent commouere nec in omnibus ſtudere te oportet qua ratione ſatisfacias: ea namque de cauſa Redemptor noſter ad mille tacuit opprobria, & taciturnus obmutuit: *Qui cum malediceretur non maledicebat.* 1. Pet. 2.23

IX. Sic & Mater Thereſia filias adhortatur. Cap. 15.

Appoſitè nobis occurrit ſanctiſſima & ſapientiſſima vitæ Spiritualis magiſtra D. Thereſia de Ieſu in libro quem inſcripſit de via perfectionis quem meritò manibus terant omnes etiam doctiſſimi; hoc igitur capitulo thema propoſuit quantum ſit bonum ſeipſum non excuſare, licet ſe videat quis ſine culpa condemnari. Atque inter alias rationes hanc adducit Chriſti Saluatoris noſtri exemplo roboratam. An ergo filiæ meæ (ait illa) vobis perſuadetis, quod quamuis voſipſas non excuſetis, nullus futurus ſit, qui pro vobis reſpondeat cauſamque veſtram tueatur? Perpendite qualiter Chriſtus in domo Phariſæi defenſor pro Magdalena ſteterit, & ſimiliter dum à ſorore Martha negligentiæ culparetur. Non te eo rigore quo ſe tractabit: eo namque tempore, quo latro quidam eius propugnabat innocentiam, in cruce patiebatur.

X. Idẽ nobis conſulit D. Chryſ.

Quinimo conſilium eſt D. Chryſoſtom. dum tibi vera irrogatur iniuria valde tibi moleſta, non tamen te defendas ſed ex amore Dei feras illam patienter: nihil enim magis congruum eſt quo Deus tibi tua remittat peccata. Confirmat autem hoc exemplo publicani, atque Redemptorẽ noſtrum in hoc eximium nobis præmiſiſſe ſpeculum patientiæ illique orationem ſuggeſſiſſe, quatenus illam tu quoque depromeres: *Deus propitius eſto mihi peccatori.* Monentem nos audiamus D. Chryſoſtom. *Dicamus ergo & nos. Deus propitius eſto mihi peccatori, aut potius non ſolum dicamus, ſed etiam ſentiamus: ac ſi quis nos appellet, & accuſet, ne ſuccenſeamus. Audiuit ille, quod non ſum ſimilis huic Publicano, nec concitatus eſt, ſed magis compunctus. Probrum accepit, & probrum eluit, vulnus ille aperuit, & hic remedium petiuit.* Ad rem perpendit hic paruam quam de noſtris habemus criminibus cognitionem. Ænigma eſt hoc inquit quod de teipſo dicis. Peccator ſum ignorans, infirmus: etſi quis hoc tibi obiecerit, ita commoueris: *Noſmetipſos peccatores dicimus indignos ſexcentiſque etiam eiuſdem generis: at ſi quis vnum horum criminum nobis objiciat, ſuccenſemus atque ſæuimus.* Quid eſt hoc? id quod dicis ſed non ex corde dicis aut vera fide: *Ad-*

D. Chry.

D. Chry.

de: *Admittis hoc non eſſe confeſſionem, nec gratam voluntatem. Teipſum talem eſſe dixiſti, ne acerbe feras cum ab alijs audis, & reprehenderis. Ita denique peccatorum tibi leuamen affertur, ſi alij tibi aliqua crimina obijciant: ſibi enim pondus grauitatemque addunt, te vero ad ſapientiam introducunt.* Sicut in Phariſæo & Publicano patet.

XI. Exemplo confirmat Publicani.

Exemplum adducit Dauidis dum à Semei non tolerandis Rex laceratur opprobrijs: dum enim taciturno hæc patitur animo, ſuam prodit mentis conſtantiam & occaſionem habet qua ſuorum à Deo criminum ſperaret indulgentiam: etenim alijs remittens iniurias ſibi factas, certo certius confidebat earundem à ſe Deo illatarum obtinere remiſſionem. Illas autem nolle perferre, ſignum eſt puſillanimitatis: *Si nos ipſi in eos innumerabilia crimina conferimus, & ab alijs audientes grauiter ferimus, nonne eſt hoc animi abiectio?* Hæc omnia ex D. Chryſoſtom. in qua grauiter expendit noſtro congruenter propoſito illa verba Apoſtoli: *Voluntarie peccantibus nobis.*

Hom poſt. explicat. epiſt. ad Hebr.

Tom. 4. Epiſt. 157.

Ad rem hic profertur quod expendit D. Auguſtin. ad verbum Iſaiæ valde mirabile quo monachos ſuos ſibique intimos ſolabatur, non parum afflictos, ob teſtimonium quoddam in quendam eorum falſo prolatum, de quo ſuperius egimus. Duas ſententias dictauit Spiritus S. quæ ſibi videntur repugnare: Prima eſt, reſponde ſtulto, qui tibi maledicit & honori tuo detogat, ne forte credat aliquis quòd te tacentem ſtultus ſupplantauerit: *Reſponde ſtulto iuxta ſtultitiam ſuam, ne ſapiens ſibi videatur.* Secunda hanc immediatè ſequitur: *Ne reſpondeas ſtulto iuxta ſtultitiam ſuam, ne ſimilis ei videaris.* Quomodo hoc fieri poteſt? Reſponde ſtulto tibi detrahenti & non reſpondeas ſtulto tibi detrahenti. Numquid hæc ſibi contradicunt? qua ratione poteris ambas veras efficere? ſunt indubiè ambæ veræ (inquit D. Hieronym.) & ratio eſt: etenim in multis iuſtum eſt reſpondere; quando ſcilicet honor tuus notabili exponitur periculo, & ſilentium tuum alteri præbet maioris faſtus occaſionem, efficitque vt contra tuam alter triumphet bonitatem: ſimiliter quando eſt veriſimile illud quod alter tibi imponit, vel quando aliquam dediſti occaſionem vt ea, quæ dicta ſunt, dicerentur: ſed in multis alijs ſtultum eſt reſpondere: nam omnium velle ſatisfacere linguis, eſt te ſtultum reddere & oſtendere indicio te menteque captum: & multis quæ paſſim obijciuntur debes reſpondere ſilentio: etenim tunc tacere non eſt fateri factum, ſed oſtendere id quod obijcitur ſic omni repugnare rationi, nullum vt mereatur reſponſum: præſertim cum multa diuino ſint committenda tribunali, iuxta Apoſtolorum Petri & Pauli conſilium: *Non reddentes malum pro malo, neque maledictum pro maledicto: ſed date locum iræ: ſcriptum eſt enim: mihi vindicta, & ego retribuam, dicit Dominus.*

XII. Duæ ſententiæ Salomonis conciliantur.

Prou. 26. 4 & 5.

In cap. 1. Ezech.

XIII. Aliquãdo tacendum aliquãdo reſpondendum iniurijs.

1. Pet. 3. 9. Ro. 12. 19. 1. Theſſ. 5. 15.

Hoc eſt quod Dominus agit: etenim primò tota reſpondet comes manſuetudine tam infami ſibi multæ calumniæ, quam à ſe manifeſtè repellit: oſtendens ea quæ obijciebant, veritati contradicere: nam diabolus hoc ſolum intendit, eique adnititur, quod in diuini nominis cedit iniuriam: ego verò, reſpondet Chriſtus, nihil ago, nihil intendo, quod non ſit ad diuinæ gloriæ incrementum: *Ego dæmonium non habeo, ſed honorifico Patrem meum.* Quàm rationi conſonum eſt, vt manſuetè reſpondeas oblata occaſione calumnijs, in tui dedecus ab æmulis improperatis, dans de moribus tuis vitaque rationem. Secundum: adiungit, ne crederent eo quod tanta patientia tantas perferret mutus blaſphemias, illi ſupplicium omne immunes effugerent: quinimo cauſam hanc æterno ſuo Patri committebat: etenim certum erat, quod eam ipſe defenderet illoſque pro ratione caſtigaret: *Eſt qui quærat & iudicet.* Correſpondent ſibi Pater & filius eleganter: filius non quærit, nec intendit, niſi ſui gloriam Patris: *Honorifico Patrem meum.* Pater nihil in ſe ſic ſuſcipit, quam filij ſui honorem ſeruare illibatum: nec vllos ſeuerius plectet peccatores, quàm qui fuerint vel ſunt diuinæ eius perſonæ contumelioſi.

§. 20. *Vindicat Deus iniurias filio ſuo ſuiſque ſeruis illatas. Hos Principum horum confundit Samaritana; & merito illos deſerit Saluator noſter.*

Eſt qui quærat & iudicet. Retundere vo- „ 60
luit Dominus noſter furorem illorum „
Principum Diabolicum his verbis: & „
ſi quid intelligo, memoriam illis renouare „
voluit eius, quod Deus Noë dixit egredien- „
ti de Arca, cui cum filijs ſuis mandauit mul- „
tiplicare terram: quia verò per diluuium „
corrupta fuerat; ſicut in mundi primordio, „
quando creauit Adam, deſtinauit illi in ali- „
mentum „

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

mentum herbas terræ & arborum fructus; ſic illis nunc aſſignat in cibum carnes animalium: *Omne quod mouetur & viuit, erit vobis in cibum, quaſi olera virentia tradidi vobis omnia*, q. d. commune ſit vobis alimentum animalium caro, ſicut vſque modo fuerunt olera virentia, arborumque fructus. Non hic in quæſtionem vertamus, vtrum ante diluuium carnes ederentur: quamuis enim nonnulli hoc opinentur ſicut noſter Cardinalis Caietanus & Victor & Diuus Thom. Porrò Diuus Chryſoſtom. arbitratur, quod licet potuerint, non tamen comederint, cui conſentit Theod.

Gen. 8. 3. I. Quale Deus homini præſcripſerit alimentū. *In Gen. c. 9. Relect. de Temperāt. De iuſt q. 1. ar. 1.*

Ordinauit Deus vt illa communiter veſcerentur, eſſetque cibus & alimentum ordinarium ſicut eſt: cæterum præcipit, vt nullo modo ſanguine paſcerentur, nec quidem in ipſa carne: *Carnem cum ſanguine non comedetis*, ſub pœna capitis. Quamobrem? reſpondet Diuus Chryſoſtom. cum Theod. vt homines paulatim eo duceret, vt à ſanguine abhorrerent, quo fieret vt ſupra modum execrarentur homicidium. Et hoc ipſe Deus declarauit: ſubiungit enim: *Sanguinem animarum veſtrarum requiram de manu cunctarum beſtiarum, & de manu hominis, & de manu viri & fratris eius requiram animam hominis.* Ab omni abſtinete ſanguine beſtiarum, nec quidem carnem cum ſanguine comedetis: etenim illum requiram ab ijs beſtis, quæ beſtiarum effuderint ſanguinem. Si tanto rigore ſæuit in animalia rationis & omnis ſcientiæ expertia: quanto magis in homines iudicio ſcientiaque præditos: *Sanguinem animarum veſtrarum requiram de manu cunctarum beſtiarum.* Non capio Domine mi, numquid diem leoni dices vel lupo hominis interfectori, litemque intendes ſanguinariam? verba ſunt hæc non paruæ difficultatis: ad eorum enim explicationem SS. Patres ad ſenſus confugiunt myſticos. Sed Abulenſis & noſter Oleaſter autumant hoc indicari quòd Deus in tantum exhorreſcat humani ſanguinis profuſionem vt etiam legem decernat, quâ moriantur animalia quæcumque hominem occiderint, ſicut in Exodo præſcripſit de boue, vt examini ſubijciatur: qua ratione illum interfecerit & in homicidij pœnam, ipſe moriatur. Si ab ipſis animalibus humani ſanguinis requirat effuſionem (omnis licet culpæ incapacibus) quantò ſtrictiùs ab hominibus exiget, quibus cum de culpa conſtet & illam in eius effuſione, ac peregrini occiſione contrahant, quantò magis & ſtrictiùs ſæuiet in fratricidam? *Mihi vindicta, & ego retribuam.* Hoc eis Chriſtus reducit in memoriam: *Eſt qui quærat & iudicet.* Quibus ibidem reddit rationem. *Quia ad imaginem Dei factus eſt homo.* Quid igitur erit ipſam imaginem propriumque eius filium interimere? Poteſtis equidem liberè exclamare mortalium infeliciſſimi: *Sanguis eius ſuper nos & ſuper filios noſtros*: etenim licet hic taceat: *Eſt qui quærat & iudicet.* Hoc, ait Euchem. apud Lip. ſolatur Sanctos, quòd Deus in ſe ſuſcipiat iniuriarum & conuitiorum vindictam à calumniatoribus expetendam ſic Sauli Dauid: *Iudicet Dominus inter me & te & vlciſcatur me Dominus ex te.* Domino totum committo. Et Zacharias: *Videat Dominus & requirat.* Pariter Machabæi tyranno dixerunt Anthiocho: *Dominus Deus aſpiciet veritatem, videbis magnam poteſtatem Dei, qualiter te & ſemen tuum torquebit &c. Tu non effugies manum Dei.*

II. Cur ſanguinis eſum interdixerit

Exod. 21. 28.

Matt. 27. 25.

1. Reg. 24. 13.

III. Deus in ſe ſuſcipit iniurias Sanctorū vlciſci.

Habes hic patientiæ fulcrum Sanctorum in contumelijs & iniurijs ſibi dictis atque irrogatis: quâ de cauſa illa ſummâ perferunt patientiâ: norunt etenim, quòd tacentibus illis, Deus armatus ad vindictam properabit perfectamque referet, de quibus fuſius egimus *a*. vbi varia Sacræ Scripturæ loca declarauimus. Quanto ſilentio iuſti Dei ſæuiſſimi attriti à peccatoribus ignominijs obmutuerunt? *Æſtimati ſumus ſicut oues occiſionis.* Sic Dauid interprete Diuo Paulo loquitur: Porrò non hoc te lateat: quod ſi patiantur illi & obmuteſcant: non deerit qui loquatur & iniurias illis illatas acriter vlciſcatur. Exemplo tibi ſint Herodes, qui Chriſti præcurſorem & Baptiſtam capite obtruncauit: Nero Imperator, qui Diuum Petrum crucifixit & caput Diuo Paulo præſcidit: Valerianus, qui Diuum Laurentium in craticula aſſauit: Maximinus, qui rotis acutiſſimis præpeditis nouaculis corpus ſubiecit virginis Catharinæ: & quam obfirmato tacent illi ſilentio? verumtamen ne animum induxeris, nullam de his ſumendam aliquando vindictam? *Eſt qui quærat & iudicet.*

Tract. 4. n. 111. & tra 5. n. 186. Pſ. 43. 22.

Præteritis diebus ſententiam illam S. Spiritus expendimus. Intuetur nos velut attonitos ſucceſſus

ceſſus cernentes in mũdo ſic omni rationi repu-
gnantes: vt mali pedibus inſtos proterant: quod
hic opes illis deprædetur: alter honori deroget:
alter cruc figat illos: illi verò taceant: requira-
Pſ. 72. 11. mus autem cum Dauide. *Numquid eſt ſcientia in*
IV. *excelſo?* An nouit iſta Deus? an videt? Quomodo
Ipſe vltor iſta patitur? Qui fieri poteſt vt tam impertinens
eſt conui- tranſeat inulta petulantia? ne conqueraris, ait
tiorum. Spiritus S. qui tacet, lapides cõgregat vt reos per-
cutiat & certum tibi ſit quòd non ſic impunitæ
abibunt iniuriæ: etenim in ſe ſuſcipit ille pro ra-
tione & æquitate vindicare in honorẽ & gloriã
Eccli. 19. 20. Sanctorum: *Non eſt dicere quid eſt hoc aut quid*
illud: omnia enim in tempore ſuo quærentur. Con-
fer illud, ei quod Chriſtus hic ait: *Eſt qui quærat*
& iudicet. Tibi ne perſuades rem tibi feliciter
cum egeni facultatibus euenisse, ex fraudulento
iniquoque contractu, & ſic omnia optatum ha-
bere finem? tu verò gaudio tripudias quia puel-
lam tuæ libidini acquiſiuiſti nullam in eo paſ-
ſus moleſtiam? tu verò quia iudicio vim intu-
liſti illudque periurijs, doliſque deieciſti quòd-
que iam omnem effrons euiciſti formidinem?
hoc ergo tibi conſtet: *Eſt qui quærat & iudicet,*
eſt qui ſtrictã cum ſolutione exigat à te rationẽ.

Admiratus ſum verba, quæ congruenter his
dixit Moyſes ad vltimam properans metam: hæc
etenim hora eſt, quâ veritas digni memoratu &
creditu declaratur: quibus vtitur D. Paulus qua-
tenus electos Dei à malis afflictos & iniurijs
appetitos conſoletur: illos autem timore percel-
lat: agit Deus de peccatis populi ſui, qui iam
omnem exuerant peccandi formidinẽ, eò quòd
ſibi proſpero viderent omnia ſucceſſu prouenire.
Quid cogitatis, inquit Deus, an quia taceo, ſic
Deut. 32. 34. hæc inulta tranſibunt? multum fallimini: *Nonne*
hæc condita ſunt apud me, & ſignata in theſauris
V. *meis? mea eſt vltio, & ego retribuam in tẽpore. Iuxta*
Deus pec- *eſt dies perditionis, & adeſſe feſtinant tempora. Iu-*
cata no- *dicabit Dñs populum ſuum.* Illud verbum *Condita*
ſtra ſub *ſunt* apud Hebr. ſignificat rem valde latentem
ſigillo & obuolutam: ſic vt nec perdi poſſit nec auferri:
ſeruat ſuo vnde ſic alij transferunt: *Nonne hæc recondita ſunt*
tempore *apud me?* Et magis exponitur per illud quod ſe-
punienda. quitur: *Signata in theſauris meis.* Quod ſummo ſtu-
dio ſeruare contendis: nedũ tuo includis veſtia-
rio: ſed inſuper occultè paruâ reponis arculâ ob-
ſerata ſigilloque cõſignata. Ita loquitur Deus: an
ergo vobis perſuadetis quòd peccata veſtra ſic
omnẽ effugient punitionẽ? Illa mihi repoſui in
ſcrinijs meis, ita ſecurè ſeruata, vt perdi minime
poſſint: illa meis concluſi ciſtis, nedũ obſerata,
ſed inſuper ſigillis obfirmata. An ergo Dñe,
mortalium flagitia tuas interponis ſeruanda di-
uitias cæteris æſtimabiliores? hæccine tuis in-
cludis cuſtoditia ſcrinijs? an ergo gemmæ ſunt
pretioſæ? an magni valoris ducatones? non hoc
idcirco dicit, ſed quatenus intelligas certũ eſſe:
quod ſicut tu trãſire nec perdere permittes the-
ſauros tuos ditiores, nec ea quæ ſũt maioris pre-
tij: ſic nec ipſe peccata tua abire patietur impu-
nita, imo ne horum etiam vel minimũ. Nec hoc
tantopere miretis: mei namque muneris meæq;
curæ eſt horũ omniũ vindicta flagitiorum. *Mea*
eſt vltio, & ſi modò taceã, hæc ratio eſt, quod illa
ſuo reſeruem tempori caſtiganda: *Et ego retri-*
buam eis in tempore. Nec in multa differam tem-
pora: dies etenim imminet ſupplicij: tali namque
feſtinatione tempora prætereuolant: vt videatur
ad hoc tantò properare celeriùs: *Adeſſe feſtinant*
tempora: & ſic erit: tribunal enim aſcendam ſtri-
ctiſſimum: *Iudicabit Dominus populum ſuum:* Hoc
eſt quod Dñs nunc ait: *Eſt qui quærat & iudicet.*

Conueniunt hæc verba illis, quæ Proph. Hie- 61
remias protulit in perſona ciuitatis Hieruſalem: *Thren. 1.*
Vigilauit iugum iniquitatum mearum, in manu eius 14.
conuoluta ſunt, & impoſita collo meo. Obſcura ſũt VI.
hæc verba. Verbum hoc *Vigilauit* in Hebræo ſi- Sunt etiã
gnificat etiam in Latino *Impreſſit*, vt aduertit diuini
Vatablus & ait hanc eſſe Hebræorum explica eius ma-
tionem: ſic enim legunt; *Impreſſum eſt iugum ini-* nibus
quitatum mearum in manu eius. Et quòd iſta di- implexa.
cat nomine vrbis Hieruſalẽ, quaſi ſumens à ſi-
gillo methaphorã, diceret; quodcumque peccatũ
meũ repoſuit in manu ſua, velut impreſſũ ſigil-
lum: ſicut enim nihil eſt, quod tibi frequentiùs
verſatur ab oculos quàm illud quod ſignatum
habes & manibus tuis impreſſum; ſic nihil ma-
gis diuinos verſatur ob oculos, quàm peccatorũ
tuorum cum grauitate numerus & cum nume-
ro grauitas. Declarant hoc apertiùs ſequentia
verba quæ Vatablus legit: *In manu eius perplexa*
ſunt. q. d. iniquitates meæ hic manibus eius in-
uertuntur, & implicantur: vt eas illis excidere ſit
impoſſibile. Quãdo rei alicuius non vis tibi me- VII.
moria pereat, digitis tuis memoriale intexis, aut Similitu-
manibus tuis aliquid alligas, quatenus nihil tibi do.
rei illius eripiat memoriam, cuius nõ cupis obli-
uiſci. En quales metaphoræ, quibus intelligas
Chriſti ſententiam: *Eſt qui quærat & iudicet.*

Cæterum pariter arbitror ſumi Metaphoram VIII.
ex eo, quod iudex facit, qui in muſæo ſuo om- Similitu-
nes habet proceſſus cauſarũ facinoroſorum, qui do.
carceribus vincti detinentur: dicimus enim, quod

multi illorum obdormierint quanto tempore iudex illis finem non imponit, nec fert pro qualitate ſententiam: vnde per hoc reus ille omnem abjcit à ſe formidinem cui iudex nihil loquitur. Quando minus hoc ille cogitat apprehendit iudex proceſſum euoluit inſpicit, fertque ſententiam, furem de ergaſtulo producit, per publicas cædit plateas, furto ad collum alligato, vt omnibus pateat, quàm condigua ſit tanto crimine pœna delinquenti. Hoc, inquit Hieruſalem, mihi contigit: nullis enim turbabar curis meis immerſa vanitatibus: omnem mihi videbar poſſe polliceri ſecuritatem: quandoquidem ſe nullus omnibus meis facinoribus opponebat aduerſarium: proceſſus meus quaſi dormiebat: etenim meas Deus patiens diſſimulabat iniquitates. verum enimuero cum iam omnem prorſus exuiſſem anxietatem, expergiſcitur ille, manibus cauſam meam arripit, diſcutit, terminat, & cõdemnat, publico me exponens opprobrio, ſic vt mũdus ex pœnarum mearum grauitate, culparum mearum agnoſcat acerbitatem. Nunc igitur tua ſectare diuerticula, & effrænis inſtar equi perditionis percurre vias, iuſtum ſupprime, pauperem aſpernare, viduam inhonora: tuus etenim proceſſus in tempore ſtricto ſtrictiùs examinabitur: *Eſt qui quærat & iudicet.*

Pſ. 74.5. Hoc argumento conatus eſt David frænum injicere peccatoribus: *Dixi iniquis: nolite iniquè agere, & delinquentibus: nolite exaltare cornu.* Locutus ſum hominibus flagitioſis, vt ſuis tandẽ finem imponerent flagitijs: & ſuperbis ne tanto faſtu & potentia inflati ſuperbirent, vt tauri indomiti, nunc hunc, nunc illum impetendo. Quid hoc Sanctiſſime David? an tibi fortaſſe perſuades quod à ſuis ſe cohibebunt iniquis actionibus tua ſolummodo monitione correpti? non tantum hoc illis dixi, ſed ipſis repræſentaui, quòd licet ſibi perſuadeant neminem eis ad manum adeſſe, non idcirco immunes eſſe à ſupplicio: nam in diuinas incident aliquando manus iudicis ſtrictiſſimi, de quibus non eſt qui reos eripiat: nec illis iuſtitiæ illius patebit effugium vt hic quandoque contingit; etenim ſi quis in Regem offẽderit læſæ maieſtatis reus ad aliud poteſt transfugere regnum & ſe iuſtitiæ ſubtrahere: *Quia neque ab oriente neque ab occidente, neque à deſertis montibus quoniam Deus iudex eſt.*

IX. Nullum erit peccatoribus à diuina iuſtitia effugiũ.

☞ 62

In particulari dicere poterat hoc Saluator noſter: etenim prima Dei cura hæc erat: *Vt omnes honorificent filium ſicut honorificant Patrem.* Ad bolidem hic cadit quod narrat Nicephorus Caliſtus de ſanctiſſimo & notiſſimo viro Amphilochio Antiſtite Iconij intimo familiari & laterali ſocio D. Baſilij & D. Greg. Nazianz. vt doctrina ita pietate præclariſſimorum: quem idem Diu. Greg. intulat: *Veræ atque orthodoxæ doctrinæ præconem:* & D. Baſil. *O Sacrum caput Amphilochij, quẽ præ cæteris facio plurimi.* Venit hic vir ſanctiſſimus die quadam Conſtantinopolim Imperatorem Theodoſium magnum inuiſurus, cui libellum obtulit ſupplicem, quo dignaretur Imperij ſui terminis Hæreticos eliminare Arianos Chriſti blaſphematores, hunc docentes puram eſſe creaturam, & Patre ſuo inferiorem. Cum autem ad primum alloquium eius petitioni Theodoſius non annuiſſet altero die reuerſus eſt multis ſtipatus Epiſcopis, Imperatoris adiuit præſentiã, quo tempore filius illi aderat Princeps Arcadius, iam Imperatoris titulo inſignitus: ſalutauit Amphilochius Patrem Theodoſium ſummâ quâ potuit reuerentiâ, velut ſupremum terræ Monarcham: porrò filium illius Arcadium excepit vt Iuuenem impoſitis illius capiti manibus ac benedicens: Deus te ſaluet fili mi. Credidit Theodoſius hanc inurbanitatem ex eo naſci, quòd Amphilochius nihil amplius de puero crederet: quocirca eum pleniùs inſtruens, ſic ait: Optimè ſenex quicumque filium meum honorat Arcadium meipſum honorat, & tantâ reuerentiâ filius meus, quantâ ego, colendus eſt: quãdoquidem iam ſicut ego, ſit proclamatus Imperator. Cui ſic Amphilochius: filium tuum Imperator debito honoraui coluique obſequio. Stomachatur vehementer Imperator: ita vt exclamare cœperit: Procul hinc, procul ruſticum abigite vetulum. Animum ô Cæſar, compone, reſpondet Epiſcopus, notumque tibi ſit, non ex ignorantia hanc profluxiſſe meam vt accuſas inurbanitatem: etenim optimè noui quo reſpectu venerandus ſit Arcadius cum tuus ſit filius, tibique compar Imperator: datâ ſic feci operâ: quatenus intelligas, quod ſi contemptum filij tui feras permoleſtè, & hoc te grauius irritet crimen, quod in eius committitur opprobrium: quàm iniquo feret animo Pater æternus hæreticos Arianos, omneſque qui filium ſuum Ieſum Chriſtum contempſerint illam ei denegando reuerẽtiam, quæ vt talis Patris filio iure debetur optimo, ſed vt puram creaturam exhibendo: Admiratus Imperator Theodoſius Sanctiſſimi ſapientiam Antiſtitis ad eius proſtratus pedes veniam delicti ſupplex expoſtulat: atque ex eo tempore feruentiori cœpit Zelo Arianos inſectari hæreticos,

X. Hiſtoria de S. Amphilochio.

ticos,

ticos, honoris Chriſti factus propugnator acerrimus intelligens, quam acerbos Pater æternus illos pateretur inimicos, qui blaſphemis linguis eius conantur honori derogare: quodue ſe nihil cordi haberet, quam illatas filio vindicare calumnias.

XI. Pater iniurias vlciſcitur filio ſuo illatas.

Hoc ipſe Deus verbis illis præclaris conteſtatus eſt, quæ aliàs expoſuimus: dum Moyſi promittit, quod filium ſuum eſſet miſſurus factum hominem: præmonens, vt ſcirent omnes, quanto illum honore deberent excipere venientem in hunc mundum, eius perſonam reuereri, doctrinam eius & veritatem acceptare: quoniam illis præcauebat, ſe conſtituendum iudicem & ſæuiſſimum iniuriarum ac contemptuum vltorē eorum qui filio ſuo eſſent inferendi: *Prophetam ſuſcitabo de gente tua, &c. nec contemnendum putes &c. qui autem verba eius quæ loquetur in nomine meo audire noluerit, ego vltor exiſtam,* ad hoc alludit Chriſtus: *Ego honorifico Patrem meum & vos inhonoraſtis me &c. Eſt qui quærat & iudicet.* Ite nunc, & illum contemnite, eius conculcate ſanguinem, eum denuo veſtris vitijs veſtris crucifigite concupiſcentijs, eius vilipendite verba, Sancti eius Euangelij ſtatuta præuaricamini, templa prophanate, ſeruos eius perſequimini, hoc autem notum ſit vobis: *Eſt qui quærat & iudicet.*

Dent. 18. 18.

Terribile fuit hoc terriculamentum, quod Dominus illos amodo declaret vt condemnatos & cæleſtis Patris ſui vindictæ traditos: etenim ſuos adeo ſeuerè punit inimicos, vt hæc Dauid mente reuoluens totus oſſibus contremiſceret: etenim exclamat: *Quis nouit poteſtatem iræ tuæ, & præ timore tuo iram tuam dinumerare?* Nihilominus ſtatim ad miſericordiam Chriſtus inflectitur, eis præſcribens formam, qua terribilem adeo euadant liberi ſententiam: & quænā hæc? vt audirent verba ſua, quæ illis nomine Patris ſui cæleſtis prædicabat: quia erat ipſe, ille Propheta de quo prædixerat: *Ponā verba mea in ore eius.* Aitque illis, atque iuramento confirmat, vt omnem adimat ambiguitatem: *Amen dico vobis: ſi quis ſermonem meum ſeruauerit, mortem non guſtabit in æternum.* Quia vitam conſequetur ſempiternam.

Pſ. 86 11.

XII. Chriſti etiam miſericordia notatur.

Habes hic illam miſericordiam, quam ſapientiſſima declarauit olim mulier illa Thecuitis Dauidi Regi collocuta: *Deus non vult animam perire: ſed retractat cogitans, ne penitus pereat, qui abiectus eſt.* O Rex Dei perpende miſericordiam: non enim perditione delectatur animarum: & ſi quandoque ſuis illum obſtringant ſceleribus, vt peccatores morte perterreat: ipſe ſuper hoc reflectit, & quaſi ab illis ſe minis retrahens, quas intentauit, formam præſcribit, qua ſe poſſint à prædicta ſibi perditione liberare. Metaphoram ſumit à Patre clementiſſimo, quem licet filij ſui eò ſæpè contumacia perducat, vt eum ædibus eliminet: attamen ſuper hanc reflectit reſolutionem, & conſiderans quòd filius ſuus ſit, eam retractat & annihilat, formam proponens, qualiter non pereat, ſi ad vitæ frugem velit reſipiſcere meliorem: de hoc latiùs proximo die Mercurij.

2. Reg. 14. 14.

XIII. Similitudo.

Iudicauit præteritis diebus Iudæis terribilem valde ſententiam: *In peccato veſtro moriemini.* Et confeſtim reflectitur, illis modum prælegens, quo tantis eripiantur malis incolumes, docens & exhortans: vt in eum pro ſalute ſua crederent: *Niſi credideritis, quia ego ſum, moriemini in peccatis veſtris.* Sic hodie facit: poſtquam enim illis minatus fuiſſet, eoſque filios diaboli declaraſſet, quodque ira cæleſtis Patris ſui pertinaces illos opprimeret: retractat, modum illis oſtendens, quâ ratione damnum illud in ſalutem illis vertatur ſempiternam: ſi nimirum, diuina eius verba audirent, & morum ſeruarent integritate: *Amen dico vobis, ſi quis ſermonem meum ſeruauerit, mortem non videbit in æternum.* Porrò tanta erat perditorum hominum non ferenda contumacia, vt ex oblata ſibi medicina venenum elicerent, & ex eo quod illis temperare & ſedare debuerat cordis intemperiem, magis obfirmātur, & inde nouam parant Saluatori calumniam: quocirca proſilientes vt ſerpentes, aſpides, & viperæ attritæ in illum, ne in faciem illi conuolent vix ſibi temperant. Quid eſt hoc quod ait? licet nihil aduersū te ex præmiſſis haberemus actionibus: hoc ipsū, quod modo dicis, in noſtra nos confirmat prætenſione, redditque tantò certiores, quòd diabolum patiaris arreptitium, tuique acceperit Lucifer poſſeſſionem: *Nunc cognouimus quia dæmonium habes. Abraham mortuus eſt, & Prophetæ mortui ſunt & tu dicis, ſi quis ſermonem meum ſeruauerit, mortem non videbit in æternum. Nunquid tu maior es Patre noſtro Abraham:* cæteroſque ſuperas Prophetas? *Quem teipſum facis?* Quem teipſum nobis vendis?

XIV. Ex verbis Chriſti Iudæi peiores fiunt.

In ſua perſeuerat Chriſtus blandus manſuetudine, & cum illi mererentur vt in pœnam tātæ calumniæ terra os ſuum aperiens viuos illos abſorberet, quandoquidem horrēdæ eorum blaſphemiæ extra omnem controuerſiam malitiâ ſuperarent illas quibus Dathan & Abiron Aa-

roni & Moyſi inſultauerunt; vel ignis de cælo deſcenderet multò iuſtiùs; quam olim deſcendit, & iniurias vindicauit à ducibus illis illatas Eliæ Prophetæ, verumtamen nedum hoc non agit, ſed illis portam (*a*) latiſſime aperit miſericordiæ: diuinæ ſuæ illis repræſentans perſonæ celſitudinem, & (*b*) vela explicans, breuiter illis ait: Mihi hoc concedite vt omnem auferam larnam, vobis etenim dico atque iureiurando confirmo: *Antequam Abraham fieret ego ſum.* Verbis illis diuinam ſuam eſſentiam expoſuit & æternitatem. O quantam illis proponit ante oculos lucem: *Ego ſum* adeo claram vt ad ſalutem totius prouinciæ Samariæ ſuffecerit inſtaurandam.

(a) *De par en par.*
(b) *Corriendo las cortinas.*

Ho. 30. in Ioan. verſus finem. In mentem tibi veniant (cum D. Chryſ.) verba, quæ Chriſtus habuit cum muliere illa Samaritana; etenim cum illa in diſputationem incidit, cum enim illi inſinuaret, quòd aquas haberet diuinis adeo commendabiles qualitatibus; vt ſi quis ex eis biberet non ſitiret in æternum, & illa nominaſſet magnum illum Patriarcham Iacob qui puteum illum effoderat, & cuius operâ viuis illis poterentur aquis, atque ea occaſione à
Ioan. 4. 12 Chriſto percunctaretur: *Numquid tu maior es Patre noſtro Iacob, qui dedit nobis puteum iſtum &c.* Reſpondit illi Chriſtus & declarauit quòd ſic; quinimo ex occaſione verbum explicauit, ſeque manifeſtè Meſſiam verumque Deum aſſeuerauit, dicendo; *Ego ſum qui loquor tecum.* Quibus verbis tantam mulier ex hoc ſole lucem illuſtrata concepit, vt reuerſa Samariam, lucis huius fauſta nuntiaret, quo factum eſt vt tota pariter ciuitas eodem lumine colluſtraretur.

O perduelles (inquit D. Chryſ.) non enim vobis cum illo: *Ego ſum* minora dixit; & iiſdem verbis auditis, nedum vos illi ſubmittitis, ſed corpus inclinatis, vt lapides, quibus eum homicidæ præfocetis apprehendatis Iure merito vobis Saluator ait: *Meretrices præcedent vos in regno Dei.* *Matth. 21. 31.* Regnum Dei dicit hic diuinitatis ſuæ & ſacratiſſimæ myſteria incarnationis. q. d. Meretrices vos præcedent in meorum cognitione myſteriorum. Samaritana illa meretrix illo verbo ſolis inſtar illuminatur; illi verò denuo obcæcantur. Fuitque lux iſta cœleſtis velut peplum quoddam & vitta groſſior oculis eorum obducta; & ſicut veſpertiliones, tanta obfuſcari & obtenebrati luce, cum illam cognoſcere debuiſſent, conantur eam extinguere; quocirca ad lapides ſe demittunt, quibus Redemptorem opprimant, & velut blaſphemum interficiant. Extemplo diſcedit Dominus locum illis non permittens, quo ferallem ſuam expleant voluntatem, ſed noctem illis relinquit infidelitatis. Vtinam ſuâ nos miſericordiâ illuminet, vt illum agnoſcentes & verba eius ſeruantes mortem euadamus & vitâ perfruamur ſempiternâ. Amen.

SVMMARIVM
HOMILIÆ TRIGESIMÆQVINTÆ SEQVENTIS.

CElebrem refert D. Euangeliſta victoriam, quam Chriſtus de Principibus & Phariſæis retulit, inimicis ſuis mortalibus, proprijs illos armis ſuperans. *a.* Ad tria puncta contrahitur. Primum Principum illorum aperit peruerſitatem, quæ paruo tempore facta latuerat, ſed non mortua. *b.* Et hæc magna nimis. Primò: comprehendere enim volebant eum à quo non niſi beneficia receperant. *c.* Secundò: cum illis incumberet diſponere, vt Chriſtus acceptaretur ipſi ſint obſtaculo. *d.* Tertiò: qui iuſtitiæ eſſe debebant protectores, ſint oppugnatores. *e.* Quartò: quia iiſdem Dei donis, illi bellum inferunt: & ſcelera committunt atrociora *f.* Quintò: nedum illi peruerſi ſunt, inſuper & ſuos volunt miniſtros eſſe peruerſos. *g.* Secundùm punctum potentiam Chriſti manifeſtat, & amplius ſuam cum illis miſericordiam in tribus. Primò: quia cohibet illos, ne progrediantur vlteriùs pro mala ſua voluntate: hæc enim ſingularis eſt miſericordia, qua Deus quoſdam præuenit

a §. 1. 2.
b §. 3.
c §. 4.
d §. 5.
e §. 6.
f §. 7. 8.
g §. 9. 10.